


# Edition Open Sources Sources 9

*Francesco Luzzini:*

Main Manuscript: Transcription

DOI: 10.34663/9783945561324-05



In: Francesco Luzzini: *Theory, Practice, and Nature In-between : Antonio Vallisneri's Primi Itineris Specimen*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/9/>

ISBN 978-3-945561-32-4, DOI 10.34663/9783945561324-00

First published 2018 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.  
<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

## Chapter 3

### Main Manuscript: Transcription

Iter montanum<sup>a</sup>

Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiose probavissem.  
Ita Cicero ad Atticum de quodam suo libello.<sup>1</sup> **I.r] I.v]**

Garfagnana p. 31. **II.r] II.v] III.r] III.v]**

Primi itineris per Montes Specimen<sup>b</sup> Physico-medicum.

Ab Antonio Vallisnerio de Nobilibus de Vallisneria in Patavino Archyliceo Publico<sup>c</sup>  
Primario Theoricae Professore, ac Regiae Societatis Angliae sodali, Sapientissimis, ac  
Praeclarissimis eiusdem Societatis Sodalibus dicatum:  
ab Italo Idiomate in Latinum versum a L.V.<sup>2d</sup>

Sapientiss.mi, et Praeclariss.mi Sodales toto Terrarum Orbe celeberrimi.

Quis putasset, Sodales Amplissimi, vim ingeniorum, atque praestantiam studiis  
obesse, quis rationem, rem divinissimam, nos obtundere, ac pene ineptos efficere ad  
assequendam veritatem? Dictu id mirum, et monstro simile, sed eventu facillimum,  
mentis enim curiosa subtilitas adeo pulchras effingit, et parturit opiniones, concinne adeo,  
arguteque mentitur, ut plerique hominum fucatis orationibus capti, et tanquam laqueis  
irretiti erroribus pro sapientia utantur, iisque semel placitis indormire malint, quam  
liberari. Conatae sunt aevi nostri Academiae, inter quas vestra eminet, torporem hunc  
nobis excutere ad experimenta lacescendo; mihi quoque fas sit ante pedes vestros rudem

<sup>1</sup>This is a passage from Marcus Tullius Cicero's *Epistulae ad Atticum* (Cicero 2018b, II, 1, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0474.phi057.perseus-lat1:2.1.1>).

<sup>2</sup>These anonymous initials seem to indicate that the manuscript was translated into Latin from a previous Italian version, and not by Vallisneri himself. However, there are important hints that this may be a pretense. The handwriting in the main manuscript is unmistakably Vallisneri's: since the document was draft (and a significantly reworked one, too), it is unlikely that he copied again the entire Latin text from another document, which in turn was a translation from an Italian text he had already edited. Furthermore, several studies prove that Vallisneri often used false names, or the names of his pupils, as a strategy to conceal and protect himself against potential criticisms—which in this case may have been addressed to the prose style of the document or to terminological misunderstandings. On this topic, see Generali 2004, 155–156, 176–177; 2007a, 383–412; Luzzini 2013a, 91; 2014a, 209. It is worth noting that the same initials (and, arguably, the same anonymous translator, whether real or not) appear—with an additional “S” in the end—in Vallisneri 1717c.

<sup>a</sup>Iter <...>num montanum

<sup>b</sup>Montes mutinenses Specimen

<sup>c</sup>Archyliceo Practicae Medicinae in primo loco Publico

<sup>d</sup>L.V. Scandanien

**IV.r]** libellum proicere<sup>e</sup> non dissimilia tentantem, res quippe habet visu compertas, non ingenio. Horridulus quidem est atque incomptus, sed veniam dabitis inter Alpes nascenti. Per aestivas vacationes ea mihi vicinis montibus inerrandi cupido incessit; nec tela prae manibus ad figendas feras, sed calami, et pugillares gestabantur ad venandam veritatem. Praecipuam utilitatis discipulorum meorum rationem habui, arcanos latices, et inexploratas fontium medelas illis in reditu monstraturus.

Descendite paululum, viri gravissimi, de sapientia illa, qua Literariae Reipublicae consulentes maria, terras, caelum respicitis. Praebete vos faciles exiguis conatibus meis, et pavidum adhuc ob magnitudinem beneficiorum vestrorum, nova quadam benignitatis culpa, in maiores ausus erigite.

Datam Patavii 1705

Addict.mus, et Obseq.mus famulus, et Sodalis  
Antonius Vallisnerius **IV.v]**

All'Accademia di Reggio. Etc.<sup>3</sup>

Sprezzerete forse,<sup>f</sup> o riveritissimi Accademici,<sup>g</sup> una filosofia, che si rampechi su per le balze più discoscese, e per inospiti monti cammini, e chiedendo risposte, dirò così, per imparare<sup>h</sup> il cupo genio della natura, e scoprir le sue leggi, da que' taciti<sup>i</sup> orrori; mentre non pare, che<sup>j</sup> abbian che fare né punto, né poco luoghi aspri, e deserti dalla<sup>k</sup> natura stessa abbandonati, col colto, e mite ingegno de' filosofi, e segnatamente col vostro, dato solo alle muse più delicate, ed agli studi più ameni. Scarseggiamo, potrete per avventura rimproverarmi, talmente delle ricchezze del vero, che dobbiamo partirsi da città fioritissime, dove si<sup>l</sup> coltivano con tanto ardore le belle arti, e le scienze, e portarsi, per acquistar la sapienza, dove appena poche orme di fiere ci guidano? Che cosa apportano alti scogli, acque<sup>m</sup> spezzate fra dirupi disaggradevoli, e terribili<sup>n</sup> caverne, se<sup>o</sup> non una spezie di confusione, e di oscurità agli occhi nostri, e timore e orrore alle menti? Così parmi di sentirvi parlare,<sup>p</sup> né so, che ridire, se non che confido, che queste mie alpestri osservazioni portate avanti di voi perderanno molto della sua nativa rozzezza, mentre la verità, benché col tes-

<sup>3</sup> Accademia dei Muti (“Academy of the Mute Ones”) of Reggio. Founded in 1673, it was mainly devoted to poetry and literature. It ceased to exist in 1751, after decades of senescence and—it seems—not particularly brilliant activity. On this topic, see Maylender 1929, 65–67. Vallisneri became a member of the Academy in 1711, after he was appointed the Chair of Theoretical Medicine at the University of Padua. See Porcia (di) 1733, LXXVII. See also the critical edition of this work: Porcia (di) 1986, 219–220, 220n.

<sup>e</sup>projcere

<sup>f</sup>Sprezzerete probabilmente forse

<sup>g</sup>o riveritissimo amico Accademici

<sup>h</sup>cammini, e che da quelli chieggia dirò così risposte e notizie per conoscere imparare cammini, e che da quelli chieggia dirà risposte cammini, e chiedendo colà risposte

<sup>i</sup>leggi, fra quegli taciti

<sup>j</sup>parendo, che

<sup>k</sup>deserti ed che paiono dalla

<sup>l</sup>dove bollono cotanto si

<sup>m</sup>scogli, e dirupi immensi, sassi acque

<sup>n</sup>e sassi immensi terribili

<sup>o</sup>caverne, ne' quali urtano, e si dirompono con istrepito per non dire con isdegno le acque cadenti, che se

<sup>p</sup>sentirvi ridire parlare

timonio de' monti, e delle voraggini scoperta, e quando sarà addimesticata<sup>q</sup> dalla gentile presenza di così nobile adunanza,<sup>r</sup> potrà facilmente cangiar aspetto, ed apparire più splendida,<sup>s</sup> e decorosa, nella maniera appunto, che veggiamo le deformi nuvole, se toccano la vicinanza del sole, divenir belle, e dilettevoli.

A mezzo agosto presi il cammino verso i monti, non solo, per rilassare alquanto l'animo mio oppresso da più severi studi, ma ancora, ad esempio degli oltramontani (che, per vero dire, indefessamente s'affaticano per illustrare la natura, e ci rimbrottano, e ci<sup>t</sup> rinfacciano un ozio vile, e infindo)<sup>4u</sup> per rintracciare le nostre mediche, e naturali ricchezze, che senza invidia d'alcuno su quelli<sup>v</sup> abbondevolmente si trovano. Mi pare,<sup>w</sup> o Signori, anche una cosa, che non sia<sup>x</sup> priva del suo diletto, descendere<sup>y</sup> ora in profonde valli, ora calcare le somme cime de' monti, e porre il capo infin le nuvole, ora<sup>z</sup> guardarsi all'intorno, e non vedere, che asprezza di terreno, e di cielo, dove attorniato da sole fiere, e da solo orrore vi si fomenta un non so che di grande, e degno di tante difficoltà, e dove allora un filosofo<sup>aa</sup> come maggior di se<sup>ab</sup> stesso, posto sopra i popoli, e sopra le torri V.r] delle città, libero da ogni cura, e superiore ad ogni fortuna, senza lo strepito delle sonore scuole, tutto pien di natura tacito, e solo colla natura contrasta.<sup>ac</sup> V.v]

La prima cosa, che mi venne fatto vedere<sup>ad</sup> fu la nobile<sup>ae</sup> zolfatara lontana un miglio da Scandiano, posta<sup>af</sup> alle radici del Monte detto *del Gesso*,<sup>5</sup> dietro<sup>ag</sup> un piccolo rivo<sup>ah</sup> che

<sup>4</sup>Here, the author alludes to the French scholars. As a proud advocate of Italian science, language, and culture, Vallisneri was frequently involved in fierce debates with the “oltramontani” (literally, “those beyond the mountains”). On this topic, see Duchesneau 2009, CXII, CXXI, CXLV; Generali 1985; 2006; 2007a, 384–386; 2007b, 253–255; 2011b; Luzzini 2007, 74; 2013a, 217–226; Monti 2009, XLVIII, LII, LXVIII, LXXI, LXXVIII; Penso 1973, 194–201; Rappaport 1991 (now reprinted in 2011); 1997, 218–219. See also Vallisneri 1991, 519–520.

<sup>5</sup>Gypsum ( $\text{CaSO}_4 \cdot 2\text{H}_2\text{O}$ ) is a mineral usually found in evaporitic deposits in association with sedimentary rocks. The gypsum layers of Mount Gesso are part of the gypsum-sulphur formation of the northern Apennines, whose thick evaporitic strata resulted from the Messinian salinity crisis which occurred in the late Miocene epoch (between 5.95 and 5.33 million years ago). During this epoch, a temporary closure of the Strait of Gibraltar made the Mediterranean Sea desiccate almost completely. This event originated the evaporitic rocks which are now visible along the northern borders of the Apennines, from Reggio Emilia to the Marche region. On this topic, see Bosellini 2005, 66–67; Luzzini 2011a, 105–107; 2011b; 2013a, 71–72; [http://www.vallisneri.it/affioramenti\\_gessosi.shtml](http://www.vallisneri.it/affioramenti_gessosi.shtml).

<sup>q</sup>scoperta, e *confermata confermata*, quando sarà e addimesticata

<sup>r</sup>nobile congresso adunanza

<sup>s</sup>più speldente splendida

<sup>t</sup>illustrare le loro patrie, e ci rimproverano, e murmurano ci

illustrare la natura. *Filosofica storia e ci*

<sup>u</sup>e infruttuoso infindo)

<sup>v</sup>su ne' monti quelli

<sup>w</sup>pareva

<sup>x</sup>non fosse sia

<sup>y</sup>diletto, come ora descendere

<sup>z</sup>lora

<sup>aa</sup>un <...> filosofo

<sup>ab</sup>me

<sup>ac</sup>natura solamente contrasta

<sup>ad</sup>**Margin note (left):** S'aspetti d'essere a Scandiano etc.

<sup>ae</sup>la g<rande> minera dello zolfo nobile

<sup>af</sup>Scandiano verso il monte, posta

<sup>ag</sup>Gesso, sopra cui si veggono ancora le fondamenta d'un'antichissima ca fortezza, che dietro

<sup>ah</sup>piccolo torrente rivo

porta le acque nel<sup>ai</sup> vicino Torrente Tresinara.<sup>6</sup> Questo fu, che<sup>aj</sup> scoprì la minera, mentre col radere ora da<sup>ak</sup> un canto, ora dall'altro, strascinava uniti co' sassi, e terre, e arene, pezzi di puro zolfo, che osservati sino ne' tempi antichi diedero occasione di ricercare il luogo, dove<sup>al</sup> nasceva,<sup>am</sup> il quale, benché trovato, fu posto non so per quale scempiaggine<sup>an</sup> in una subita<sup>ao</sup> dimenticanza. Sotto il Serenissimo Principe Luigi d'Este,<sup>7</sup> verso il fine del caduto secolo, seguitando il rivo<sup>ap</sup> a portar tanto zolfo, quanto, accattandolo, bastava a povera<sup>aq</sup> gente di<sup>ar</sup> continuo lavorare zolfanelli da vendere, cadde in pensiero ad alcuni, di cercare<sup>as</sup> di nuovo questa minera, che facilmente fu ritrovata così<sup>at</sup> ferace, che da<sup>au</sup> sé sola soddisfa, per ogni bisogno, a tutte le vicine città. Due<sup>av</sup> sinora sono le cave fatte dall'arte, che comunicano insieme per<sup>aw</sup> lo giuoco necessario dell'aria, capaci<sup>ax</sup> di due uomini, che vi lavorino in piedi, e che co' loro ordigni portino fuora la cavata minera.<sup>8</sup>

**VI.r] VI.v] VII.r] VII.v]**

Ill.mo, ac Spectatiss.mo viro etc.<sup>9</sup>

Reptantem<sup>ay</sup> inter invias cautes Philosophiam, et a montium iugis petita responsa despicias merito, amicorum optime. Quid enim horridis locis, et a natura ipsa desertis cum cultissimo, atque mitissimo ingenio tuo? Adeone, inquies, laboramus inopia veri, ut a florentissimis civitatibus, ubi literae fervent, eundum sit pro sapientia comparanda, qua vix pauca ferarum vestigia nos ducant? Quid saxa praerupta, et fractis fontibus ululantia, quid nisi tenebras oculis, et pavorem mentibus afferunt? Haec te mihi videor exprobrantem audire, neque aliquid contra mussito. Montanas<sup>az</sup> tamen observatiunculas, ubi manus

<sup>6</sup>The Tresinaro River flows in the Province of Reggio Emilia. It is a tributary of the Secchia River. It originates in Felina (Castelnovo ne' Monti, RE) and goes from southwest to northeast, eventually reaching Scandiano.

<sup>7</sup>Luigi d'Este *Juniore* (1648–1698), Governor of Reggio and Marquess of Scandiano. See Vallisneri 1991, 116.

<sup>8</sup>The sulphur (S) veins in the gypsum-sulphur formation of the northern Apennines result from the biochemical activity of bacteria. Under anaerobic conditions, sulfate reducing bacteria produce hydrogen sulfide gas ( $H_2S$ ) from sulfate ( $SO_4$ ) in gypsum.  $H_2S$  is then oxidized to elemental sulphur if exposed to oxygen. See Casati 1996, 518–519; Bosellini 2005, 66–67; Bosellini, Mutti, and Ricci Lucchi 1989, 133–169; Luzzini 2011b; 2011a, 106–107; 2013a, 72.

<sup>9</sup>The letter is addressed to Luigi dalla Fabra (1655–1723), Primary Lecturer of Medicine at the University of Ferrara until 1721. See Vallisneri 1991, 363.

<sup>ai</sup>acque piovane di quel monte nelle

<sup>aj</sup>fu quello, che

<sup>ak</sup>ora la superficie, da

<sup>al</sup>**Margin note (right):** Zolfat<ara>, fumo di zolfo

<sup>am</sup>dove onde nasceva

<sup>an</sup>quale balordagine scempiaggine

<sup>ao</sup>una cieca subita

<sup>ap</sup>il torrente rivo

<sup>aq</sup>a certa povera

<sup>ar</sup>gente per accatto venderlo di

<sup>as</sup>dil dcercare

<sup>at</sup>ritrovata della quale era così

<sup>au</sup>che basta per da

<sup>av</sup>città. Appena s'entra dentro la cava, che Due

<sup>aw</sup>insieme nel fine per

<sup>ax</sup>dell'aria, che vanno in capaci

<sup>ay</sup>etc.

*Aloysisio de la Fabra Pub.co Lycei Ferrariensis Professori. Reptantem*

<sup>az</sup>mussito. Alpinas Montanas

tuas attigerint, horroris aliquid, et inconditae ruditatis posituras confido, nimirum veritas testimonio montium, atque voraginum indicata, contrectatione tanti viri, atque commercio facillime poterit in nitorem, decusque assurgere, quemadmodum videmus informes nubeculas, si tangantur vicinia solis, fieri formosas. Sed manus ad tabulam.

Ingressus sum iter dimidio Augusti montes versus, non solum relaxandi animi gratia, sed ut vix tactas a nostris opes medicas, et naturales, quibus abundant, rimarer. Sic Gesneri,<sup>10</sup> amici Scheuchzeri,<sup>11</sup> aliorumque transalpinorum vestigiis inherenti mihi iucundum fuit, modo per ima reptare, modo summa tenere cacumina, et usque ad ipsas nubes attolli. Videbatur **VIII.r]** mihi locorum, caelique asperitas, atque horror feris circumfusus fovere aliquid tantis difficultatibus dignum, et veluti maior me ipso supra populos locatus, et urbium culmina, humilesque curas despiciens, totus natura plenus cum natura solum ipsa per silentium rixabar.

Consideranti mihi occurrit primo **VIII.v]** antrum<sup>ba</sup> sulphuris a Scandiano uno lapide distans, quod in Collis Arcis Gypsi radicibus occidentem versus patet,<sup>bb</sup> brevibus tumulis circumseptum, atque graveolens. Excellens<sup>bc</sup> sulphuris minera est, ac<sup>bd</sup> ad omnes vicinas, longinquasque etiam civitates explendas satis, superque ferax. Fossoribus imperat D. Ippolitus Spallanzanus,<sup>12</sup> qui<sup>be</sup> rerum naturalium curiosus scrutator una cum Doctissimo D. Paolo Valla<sup>13</sup> Philosophiae, et Theologiae Doctore indefessus itineris etiam montani<sup>bf</sup> comes fuit. Vix primum caveae fornicem ingressus<sup>bg</sup> observabam multi<sup>bh</sup> iugas sulphuris glebas flavus-pallidiusculas magnitudinis diversae, variis striis, ac<sup>bi</sup> ramis sulphureis in-

<sup>10</sup>Conrad Gessner (1516–1565), Swiss naturalist and bibliographer.

<sup>11</sup>Johann Jakob Scheuchzer (1672–1733), Swiss physician and naturalist, friend and correspondent of Vallisneri. For comprehensive studies on the collaboration between Vallisneri and Scheuchzer, see Generali 2007a, 106, 118, 121, 124, 136, 294, 352–354, 356, 358, 360, 364–366, 384, 387, 389; Luzzini 2011d, 114–122; 2013a, 59–64, 69, 81–84, 118, 162, 165–170, 173, 175, 193, 208.

<sup>12</sup>Ippolito Spallanzani, from Scandiano, superintendent of the mines of Mount Gesso, friend and collaborator of Vallisneri. He wrote a letter on the changes that occurred in the mines between 1705 and 1714. This was published in Vallisneri 1718, 228–284 (269–278). See Vallisneri 1991, 163, 165–166; Generali 2004, 144.

<sup>13</sup>Paolo Valli, a canon from Reggio, correspondent of Vallisneri. See Vallisneri 1991, 408–409.

<sup>ba</sup>primo

*Fervente Augusto.*

*Carpebam iter, adulto iam anno, montes versus, non solum relaxandi animi gratia, sed ut vix tactas a nostris opes medicas, et naturales antrum*

*primo*

*Fervente Augusto.*

*Carpebam iter, adulto iam anno, montes versus, non solum relaxandi animi gratia, sed ut medicas, et naturales opes vix a nostratis tactas salutatas, quibus iuga nostra ditantur, rimarer. Sic Gesneri amici Scheuchzeri, aliorumque transalpinorum vestigiis inherenti mihi modo volupe fuit per ima reptare, modo excelsa calcans cacumina caput inter nubes attollere. Si enim ullibi Natura dives est, inibi est, ubi pretium facit horror; et cruda locorum asperitas, caelique inclemencia socordes arcet. Tum mihi aliquando maior videbar me ipso, et supra graves curas, pompamque gentemque togatam caput elevans, cogitationibus vacuus, negotiis liber, totus natura plenus cum natura solum tacita rixabar. Occurrebat primo visendum antrum*

<sup>bb</sup>versus laxatur patet

<sup>bc</sup>graveolens, fumosum, asperum. Pauci sub hinc annis Principis generositate rursus detectum, licet antiquorum incuria saxis ingentibus obrutum, et sola incolarum traditione vix notum. Excellens

<sup>bd</sup>est, *Romana pinguius, et coloratius, et ac*

*est, Romana pinguior, et coloratior, et ac*

<sup>be</sup>Spallanzanus amicissimus meus, qui

<sup>bf</sup>etiam *alpini* montani

<sup>bg</sup>fornicem supergressus ingressus

<sup>bh</sup>observabam cognatas multi

<sup>bi</sup>variis striis striis, vel ac

tersectas deorsum versus tendentibus, 3] inversi arboris instar, argillae,<sup>bj</sup> seu margae subcineritiae duriusculae, squammatae, lucidaeque<sup>bk</sup> infixis, quam vocant fossores *cretone*.<sup>bl</sup> Fig. 1.<sup>14</sup>

Tam striae,<sup>bm</sup> quam glebae purum putum sulphur sunt, quarum interdum nonnullas adeo enormis magnitudinis invenere, ut supra quatuor centum libras ponderarent. Ita per bis centum passus cuniculiforme antrum extenditur, in quo aggeratim hinc inde levorum, ac dextrorum<sup>bn</sup> modo maiori, modo minori copia luxuriat. Non tamen semper in creta, vel marga illa infixum<sup>bo</sup> est sulphur. Quandoque in saxis tartareis durissimis alte figitur, quod *sulphur caninum* vocant, ob *laborem*, uti dicunt, *caninum*, ut eruatur. Sulphureae stiriae cretae impactae secant transversim eiusdem lamellas assulatim dispositas, quae uligine quadam lucida quasi oleosa ubique levigantur. Frequenter etiam sulphur saturi coloris lucidum, transparens, succinique adinstar reperitur, quod *vivum*, vel *virginale* dicitur,<sup>15</sup> haeretque tartareis fluoribus, margae nunquam. Licet fere totus mons gypseus, interque patulos eiusdem hiatus, aut inter stratorum interstitia minera germinet, vix<sup>bp</sup> tamen aliquando sulphur intra gypsi viscera, vel eiusdem nudo cortici adhaerens invenitur.<sup>bq</sup> Imo ubi lapidis specularis, spati, gypsique fragmina<sup>16</sup> reperiebantur, ibi fere nullum sulphur. Aqua tenui<sup>br</sup> filo deorsum cadebat ab alto depluens<sup>bs</sup> inter cretam, lapidesque quosdam ita levigatos,<sup>bt</sup> ut aliquando a fluctibus agitatos diceres. Colorabat omnia, quae lambebat, progressu temporis ferrugineo quodam velo,<sup>bu</sup> salesque nitrosi<sup>17</sup> cruciatim ut plurimum dispositi hinc inde extuberabant. In ima *fodina* sulphuris truncus,<sup>bv</sup> quem vocant *filone*, residet, a quo tot 4] veluti rami circumundique dispersi, cum<sup>bw</sup> pommis<sup>bx</sup> sparsim infixis nutrimentum sugunt, ac maturescunt. Latitudo eiusdem ad pedes sex, longitudo ad<sup>by</sup> centum, usque adhuc exporrigitur. Inter saxa quaedam calcaria reconditur, quae aliquando a gypseis, tartareis,<sup>bz</sup> terreisque stratis distaminatur. Differt<sup>ca</sup> a Romana, uti referebant

<sup>14</sup>The related image is missing. Still nowadays, the Italian term “cretone” refers to a thick clay layer which can be found inside or outside caves and mines.

<sup>15</sup>Mineral sulphur (S).

<sup>16</sup>Selenite ( $\text{CaSO}_4 \cdot 2\text{H}_2\text{O}$ ), a crystalline mineral variety of gypsum. In most cases, and depending on the degree of purity, it is transparent and colorless, or variously whitish. A further, detailed description of this mineral can be found in Vallisneri 1733, 435–436. See also the critical edition of this work (Vallisneri 2012, 258–260).

<sup>17</sup>Potassium nitrate ( $\text{KNO}_3$ ).

<sup>bj</sup>instar, *cretae* argillae

<sup>bk</sup>**Margin note (left):** Vide Fig. prima

<sup>bl</sup>fossores *vulgo* cretone

<sup>bm</sup>Tam *stireae* striae

<sup>bn</sup>ac *sinis*dextrorum

<sup>bo</sup>illa *sedet* infixum

<sup>bp</sup>germinet, *namque* vix

<sup>bq</sup>adhaerens *viderunt* invenitur

<sup>br</sup>Aqua *filatim* tenui

<sup>bs</sup>alto *serpens* depluens

<sup>bt</sup>ita *rotundatos* levigatos

ita *rotundos* levigatos

<sup>bu</sup>quodam *amictu* velo

<sup>bv</sup>sulphureae minerae truncus

<sup>bw</sup>dispersi, ac *veluti* cum

<sup>bx</sup>pomm<ae>

<sup>by</sup>longitudo usque ad

<sup>bz</sup>gypseis, *saxeis* tartareis

<sup>ca</sup>**In the text:** Difert

fossores, vulgo *canopi*, quoniam ibi vena inter stratum, et stratum *orizontaliter* explanatur, foduntque puteos, ut ipsam eruant, scandianensis vero oblique<sup>cb</sup> inter orizontalem, verticalemque occidentem versus sita<sup>cc</sup> sequitur stratorum, seu crustarum montis modo rectos, modo curvatos ordines. Hinc illa per puteos, haec per cuniculos facilius, minoribusque<sup>cd</sup> impensis eruitur.<sup>ce</sup> Nec adeo<sup>cf</sup> vastae purissimi sulphuris glebae romanis in fodinis reperiuntur, sed improbo labore illud excavant impurius, quod<sup>cg</sup> post ignem subviridi,<sup>ch</sup> ac diluta<sup>ci</sup> flavedine perfusum expertum est.<sup>cj</sup> Nostrum vero<sup>ck</sup> ad<sup>cl</sup> *citrinum* flavo<sup>cm</sup> saturum vergit, et *virginale* ad *croceum*. Acidis scilicet particulis vitriolum<sup>18</sup> redolentibus illud abundat, pingui magis istud, et inflammabili substantia. Hinc nostrum minorem olei sulphuris portionem per enchyrisim<sup>19cn</sup> donat. Ex quo sequitur, quod sulphurarii nostri morbis illis tentari non soleant, de quibus celeerrimus Ramazzinus in egregio<sup>co</sup> suo Opere de Morbis Artificum Cap. X scripsit.<sup>20</sup> Omnes perpetuo sani degunt, non ultimum plebis operantis solatum. Cum etenim aura sulphuris acida sit ea, quae gladiolis hostilibus tenellas nostri corporis fibras pungit, et lacerat, ramosis,<sup>cp</sup> ac plicatilibus copiosis involuta retunditur, viresque illae, quas in aliis exerit, edomantur. Hinc pro remediis pectori praecipue faventibus elaborandis Scandiani sulphur aptius aliis existimamus. **IX.r] IX.v]**

Novum<sup>cq</sup> aerem cavea<sup>cr</sup> haec a lateralibus cuniculis artefactis, sed ab alto romana babit.<sup>cs</sup> Solstitio<sup>ct</sup> cu tamen aestivo ab operibus otiali necesse est, eo quod adeo densi vaporum glomi erumpant, haereantque ita turbidus inter utrumque finem aeris motus, ut et lumina extinguantur, et homines. Nullae hic aestuant thermae, nulloque incendio, ut vulcanis quibusdam in agris, torrentur arva, aut quia contrariae, vel ignivomae salium glebae, ex quibus lucta incandescit, desunt, aut quia per obstructa montis spiracula libera aeris

<sup>18</sup>The term “vitriolum” (“vitriol”) refers to various kinds of metallic sulfates, including sulphuric acid ( $H_2SO_4$ ).

<sup>19</sup>This is a latinization of the Ancient Greek word ἐγχείρησις (literally, “undertaking,” “operation,” or “task”).

<sup>20</sup>Ramazzini 1700, Cap. X, *De morbis quibus temari solent sulphurarii*. Page references are to the second edition, Ramazzini 1703, 57–60. For a study of the bibliographical sources used by Ramazzini in this treatise, see Di Pietro 1981.

<sup>cb</sup>vero fere transversaliter oblique

<sup>cc</sup>versus inclinata sita

<sup>cd</sup>minorisque

<sup>ce</sup>impensis extrahitur eruitur

<sup>cf</sup>Nec tam immensae adeo

<sup>cg</sup>impurius immixtumque saxo quodam tophaceo quod

<sup>ch</sup>**In the text:** subviridique

<sup>ci</sup>dilataque

<sup>cj</sup>expertum macrius pallidiusculum, macriusque appellatusque caballinum est

<sup>ck</sup>**From this point on, text at p. 5 continues on an additional, unnumbered paper (IX). This is written only on the recto.**

<sup>cl</sup>vero commune ad

<sup>cm</sup>citrinum magis flavo

<sup>cn</sup>per analysim enchyrisim

<sup>co</sup>in sudato egregio

<sup>cp</sup>copiosis

<sup>cq</sup>**From this point on, text continues on p. 5.**

<sup>cr</sup>aerem ista cavea

<sup>cs</sup>combibit

<sup>ct</sup>bibit. In solstitio aestivo ab operibus otiali necesse est, eo quod adeo densi vaporum glomi erumpant, Solstitio

<sup>cu</sup>**From this point on, text continues on the recto of a second additional paper (X.r).**

percolatio, ex qua necessarium flammae pabulum, desideratur. **X.r] X.v]**<sup>cv</sup> Millenas<sup>cw</sup> sulphuris libras quolibet anno elaborant, multosque opifices fodina recens ditat.

Nec sicco pede transire fas est, saluti labanti beneficia,<sup>cx</sup> quae passim porrigit. Primus ego foedissima etiam, et gallica scabie<sup>21</sup> laborantes ad sulphureum laboratorium, tamque ad anchoram sacram<sup>22</sup> misi, ut dum ignescit, ac percolatur sulphur fumo<sup>cy</sup> pannos, lintea, manus, subuculas, totum corpus imbuerent, ac saturarent, ex quo post paucos dies felicissime sanescebant.<sup>cz</sup> **5]** Primis sane diebus pustulae exasperant, tumentque, despumato scilicet a scoriis, crudisque<sup>da</sup> incrementis sanguine, sed paulatim aridis carentibus crustis, exuto veluti squammoso senio, reflorescit cutis. Interfectis enim vermiculis, qui rodendo, ac perforando scabiei primaria causa existunt, refermentatoque cruore, ac per hiantes volvulos<sup>db</sup> data illa occasione quicquid impuritatis in suo sinu fovebat, elutriato, voluptuosum illum Plinii dolorem,<sup>23</sup> ac inamabilem scalpuriginem exuunt. Id<sup>dc</sup> quod etiam obtinent, si ea aqua, quae sulphuri fundendo,<sup>dd</sup> et in subiectos modulos <...> descensuro praeit,<sup>de</sup> pluries abluantur. Antequam enim sulphurea vena, vel frustillatim contrita minera in carentibus ollis liquecat, ac igne concepto tumens in contigua vasa fistulosum delabatur rostrum, ut exeat, pars aquea salibus multigenis, spirituque sulphureo imbuta prius attollitur, et e rudi veluti alembico per inferam cannulam stillans<sup>df</sup> in amaracidum, potuque immitem liquorem abit. Hunc<sup>dg</sup> sine medicorum consilio paucis ab hinc diebus haemophyxicus excipulum bibebat rusticus, stulte sibi sapiens. Credebat enim, quod si solo sulphuris fumo morbosa pectoris partes revalescunt, eo<sup>dh</sup> magis, si se medicatis illis, ac minera imbutis<sup>di</sup> undis ingurgitaret. Sed res contraria<sup>dj</sup> voto successit.<sup>dk</sup>

<sup>21</sup> Syphilis, a sexually transmitted infection caused by the bacterium *Treponema pallidum*. Also known as “morbus gallicus,” “mal francese,” or—in English—“French disease” or “French scabies,” since one of the first epidemics occurred when the French troops invaded Italy in the last decade of the XV century, at the very beginning of the Italian Wars. See Gelmetti 2015.

<sup>22</sup> In early modern medicine, the term “anchora sacra” (literally, “sacred anchor”) referred to what was considered to be the most effective medication for a particular disease. On this topic, see Vallisneri 2006, 61, note 172.

<sup>23</sup> The reference is to a passage from Pliny the Younger’s Letters (Plinius (Minor) 2018, VIII, 16), where the Roman author reflects on the strange contradictory relationship between grief and pleasure: “Est enim quaedam etiam dolendi voluptas, praesertim si in amici sinu defleas, apud quem lacrimis tuis vel laus sit parata vel venia” (<http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1318.phi001.perseus-lat1:8.16.5>).

<sup>cv</sup> **On the verso (X.v) is a cancelled writing:** *Sulphur elevat scoriam ab omnibus de<tra> metallis, excepto auro, praecipue virginale, hinc si placet etc.*

<sup>cw</sup> *Nigrum tingit nummos argenteos etiam in <...>a reconditos etc.*

<sup>cx</sup> **From this point on, text continues on p. 5.**

<sup>cy</sup> benefitia

<sup>cz</sup> fummo

<sup>scoriis evadebant</sup>

<sup>da</sup> *scoriis, incastigatisque crudisque*

<sup>db</sup> *hiantes spiracula volvulos*

<sup>dc</sup> **From this point on, text at p. 6 continues on p. XI.r, first of two additional, unnumbered papers (XI–XII).**

<sup>dd</sup> *sulphuri fusum fundendo*

<sup>de</sup> **In the text:** preit

<sup>df</sup> stillitans

<sup>dg</sup> *abit. Nec solum scabiem, sed ulcera antiquo etiam scatentia tabo delet.* Hunc

<sup>dh</sup> *revalescunt, a fortiori eo*

<sup>di</sup> *minera impraegnatis imbutis*

<sup>dj</sup> *res ex contraria*

<sup>dk</sup> *voto non successit*

Scissis<sup>dl</sup> nam ulterius<sup>dm</sup> a salibus illis acutis<sup>dn</sup> antrosi, facilisque visceris canalibus, fere totam evomuit purpuream<sup>do</sup> animam.<sup>24</sup>

Et quo conicere licet, quanto errore plectantur illi, uti supralaudatus notabat Ramazzinus, qui sulphuris spiritum in morbis pectoris praescribunt, **XI.r]** autumantes, quod sulphuris acidum idem sit, ac totum concretum, ac pars easdem vires habeat, quas totum, quod maxima supinitatis indicium est. Balsamum nam pulmonum vulgo audit sulphur, quando acido suo, quo abundat, spoliatum est, uti Iunchen in Chymia sua experiment., C. de sulph.,<sup>25</sup> ac Etmullerus in sua Mineralogia testatur, ubi ait, *sulphur merito balsamum pulmonum vocari, quando illius pinguedo a parte acida corrosiva fuerit separata.*<sup>26</sup> Hinc mirari subit, quomodo Schröderus in sua Mineralogia *pulmoniacis, tussientibus*, ac similibus flores sulphuris *vitriolatos* commendet,<sup>27</sup> quoniam tantum abest, ut vitriolum addere, quin<sup>dp</sup> potius insitum attrahere<sup>dq dr</sup> debeamus, si balsamum pulmonum, et phthiseos praeservationem volumus. Nec solum scabiem<sup>ds</sup> aqua praedicta sed sordida etiam antiquo tabo ulcera,<sup>dt</sup> impetigines, ac herpetes delet. Tumores etiam duros immixta cum fodinae sulphurata<sup>du</sup> marga discutit, lichenes sanat, pruritus omnes mitescere cogit. Multi etiam immani tussi catarrhoque<sup>dv dw</sup> viscido anhelosi<sup>dx</sup> ex emplastro praedictae margae aqua calamo<sup>dy</sup> dissolutae pectori applicito citissime sani evaserunt. Eadem aqua, cui minera sulphurea excocta sit, deinde filtrata, erisipellata ruboresque faciei <maxime acta>, si tepidiuscula superimponatur; sulphur<sup>dz</sup> enim refertur<sup>ea</sup> inter cosmetica, vel quae cutie<sup>eb</sup> nitorem conciliant, sive infundatur in aquam frigidam, sive decoquatur. **XII.r]**

<sup>24</sup>This is a passage from Virgil's *Aeneid* (Vergilius 2018a, IX, 349, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0690.phi003.perseus-lat1:9.314-9.366>).

<sup>25</sup>Ramazzini 1703, 59: “Nec quis obtrudat, quod sulphur pulmonum balsamum vulgo audiat; nam id verum est quando sulphur acido suo, quo abundat, spoliatum fuerit.” Like Ramazzini, Vallisneri refers to Jüngken 1681, Sectio IV, *De mineralibus*, Cap. VI, *Anatomia sulphuris*, 258: “In vitiis pulmonum, phthisi, peste, febribus malignis, &c. insigne praeservativum & curativum.”

<sup>26</sup>The same quote is in Ramazzini 1703, 59. The (altered) passage is taken from Ettmüller 1688, Tomus II, Pars I, *Schröderi dilucidati Mineralogia, Sive Regnum Minerale*, Cap. 9, *De metallis*, 283: “Caeterum observatur, quod tunc temporis verum balsamum pulmonum mereatur vocari, quando pinguedo balsamica separata est a parte acida corrosiva.”

<sup>27</sup>Ettmüller 1688, 284–285. The Latin term “flores” (“flowers”), in early modern medicine, refers to a preparation obtained by sublimation or crystallization of a substance which assumes “a flocculent or pulverulent form” (G. M. Gould 1904, see *Flores*). “Flores sulphuris” were particularly renowned and used as a rem-

<sup>dl</sup>successit. Reserata enim Scissis

<sup>dm</sup>nam <...> ulterius

<sup>dn</sup>illis speculiformibus non <ad...>, pulmonum inoculato vulnere, scissisque ulterius acutis

illis speculiformibus non <ad...>, pulmonum inoculato vulnere, scissisque magis abitis acutis

<sup>do</sup>evomuit, ut cum Virgilio loquar, purpuream

<sup>dp</sup>addere debeamus, quin

<sup>dq</sup> **In the text:** attrahere

<sup>dr</sup>insitum deradere attrahere

<sup>ds</sup> **From this point on, text continues on p. XII.r.**

<sup>dt</sup>antiquo etiam tabo scatentia tabo delet ulcera

<sup>du</sup>fodinae terra sulphurata

<sup>dv</sup>**In the text:** catharroque

<sup>dw</sup>tussi aspera catarroque

<sup>dx</sup>viscido, tusseque aspera graves anhelosi

<sup>dy</sup>aqua communi calentes calamo

<sup>dz</sup>superimponatur; ruboresque faciei tollit sulphur

<sup>ea</sup>enim, observante Ettmulero, refertur

<sup>eb</sup>quae faciei cuti

Ludentem etiam<sup>ec</sup> videbamus amicum, qui sulphur virginale nummo<sup>ed</sup> cuiuslibet metalli superimponendo, deinde illud flammulae candelae accendendo, crustam bellule postea, remanente adhuc eadem effigie, ac characteribus<sup>ee</sup> in nummo<sup>ef</sup> defervefacto tollebat integrum. Quod impostoribus fallendi, philosophis docendi campum praebet. **XI.v]**

Nec<sup>eg</sup> sola cutis<sup>eh</sup> externa<sup>ei</sup> opes accensi sub<sup>ej</sup> dio sulphuris sentit. Asthmaticos, phyticosque saepe<sup>ek</sup> sanatos vidimus, prorsus, ac indecepto nostro eventu,<sup>el</sup> si diu bal-samicos, ac detergentes illos halitus absorbeant, ac tolerent.<sup>em</sup> Tantae<sup>en</sup> molis est diver-sum mixtorum ingenium cognoscere, et dato tempore naturae, non morbo favere. **XII.v]**<sup>eo</sup> Nec<sup>ep</sup> antiqui<sup>eq</sup> nostri quando alias sulphuris fodina eruebatur, aeris medicati salubritatem ignorabant. Fundamenta extant adhuc xenodochii supra tumulum minerae proximum erecti pestilentiali quodam<sup>er</sup> tempore, provido sane consilio. Hippocratis scilicet exem-<sup>28</sup> ple,<sup>es</sup> legibus edocti, qui grassantem pestem igne, sulphuratisque remediis arcebat, solis ignis, sulphurisque halitibus una cum aere saluberrimo absorptis, morbi saevitiae<sup>et</sup> edomabant. **6]** Plures resinae terrestris seu sulphuris flores<sup>29eu</sup> in extima vasorum exter-

edy against various kinds of illnesses (especially against skin, bronchial, and lung diseases). On this topic, see Crosland 2006, 71; Vallisneri 2011, 72, notes 214 and 215.

<sup>28</sup>Vallisneri recalls the famous episode of the Plague of Athens (429–430 BC), when Hippocrates recommended the use of fumigation by burning aromatic substances (including sulphur, regarded as a powerful antitode against this disease) to treat and contain the epidemic. See Morens and Littman 1992; Blancou 1995.

<sup>29</sup>Here, the term “flores” seems to indicate small, naturally formed crystals, and not the previously described

<sup>ec</sup>From this point on, text continues on p. XI.v.

<sup>ed</sup>In the text: numo

<sup>ee</sup>In the text: characheribus

<sup>ef</sup>In the text: numo

<sup>eg</sup>praebet.

*Intendimi chi può, che m'intend'io.*

Nec

<sup>eh</sup>From this point on, text continues on p. 6.

<sup>ei</sup>cutis beneficia externa

cutis emolumentum externa

<sup>ej</sup>opes fumantis praecipue sub

opes accensi praecipue sub

<sup>ek</sup>sentit. *Tabidos, Asthmaticos, et pulmone ulceroso squallidos* saepe

sentit. *Tabidos, Asthmaticos, tussiculosos, phyticosque* saepe

<sup>el</sup>nostro s<up...> eventu

<sup>em</sup>tolerent

<sup>en</sup>From this point on, text continues on p. XII.v.

<sup>eo</sup>This paper is the recycled scrap of a letter. On the right edge of the verso is written:

“Um.mo  
Andando Pietro”

<sup>ep</sup>favere. *Qui vero, sulphuris operibus incumbunt, omnes sani degunt, non ultimum misellae plebis solatium.* Hinc non ut metallurgi damnati ad poenam, sed ad felicitatem existunt. Nec

favere. *Deverso <haec>, ac <...><...d...>i accentu, ac austico, quoniam diverso re<s> dedi<t> partum,* apparatu m<etall...> Nec

favere. *Tantae molis est, diversum mixtorum ingenium partis cognoscere, et dato tempore naturae non* morbo favere. Nec

<sup>eq</sup>From this point on, text continues on p. 6.

<sup>er</sup>pestilentiali aut contagioso quodam

<sup>es</sup>exemplo, atque doctrina, et

<sup>et</sup>morbi tyrannidem saevitiae

morbi truculentiam saevitiae

<sup>eu</sup>sulphuris seu flores (in the manuscript, the order of the words “sulphuris” and “resinae terrestris

norum superficie adhaerescunt, qui ex eodem cadente in substratum alveolum elevantur,<sup>ev</sup> fuliginesque ipsae sub tignis, nigroque tecto pendentes, praeter alia, plurimis sulphureis ramentis<sup>ew</sup> scatent. Igni namque admotae subitam flammam concipiunt caeruleam, sulphurisque naturam sapiunt, ex<sup>ex</sup> quibus quaenam nova, et efficacissima remedia parari possent, tu ipse, qui ad praxim tam<sup>ey</sup> sedulo incubis, concipies.

Moleculis<sup>ez</sup> adeo activis, et penetrantibus pollet, ut, dum in primis internis ollis liquescit, per earundem porulos pars volatilior erumpens externum<sup>fa</sup> veluti velamen varios<sup>fb</sup> trahens colores a<sup>fc</sup> lambentibus flammis perpetuo accensum efformat.

Ut autem omnes huius minerae partes abiecto<sup>fd</sup> usque adhuc latentis silentio, vel natura, vel arte laboratas tibi breviter perstringam, liceat harum elenchum enumerare, quas nuperrime Ill.mi D. Comitis Aloysii Marsili<sup>30</sup> Musaeo, cui doctissimus, meique amicissimus D. Victorius Stancarius<sup>31fe</sup> praeest, communicavi. Ibi etenim quicquid exotici, pretiosique natura parens per totum orbem negligentia quadam, vel provido fatorum<sup>ff</sup> fine dispescuit, miro per compendia collectum ordine, quasi per legum, ac maiestatis nativae gradus, seposito immiscuae<sup>fg</sup> ruditatis horrore, connectitur; immensosque itinerum labores deludens<sup>fh</sup> sive maris, sive terrae, sive elementorum omnium partem optimam quaeras, in Marsiliano contracta ad miraculum obstupesces cimeliarchio.

Haec parvula igitur et ego lubens, sulphureae nempe nostratis minerae seriem, in obsequii tesseram maximo viro dicabam.

Primum: *Sulphuris puri* purissimam glebam media marga extractam, ponderis lib. VII.

2° *Gypsi fragmentum* ponderis lib. VI, cui tanquam ramum aliquod, sulphur nativum adhaeret.

3° *Margam scissilem*, seu cretam uliginosam lamellatam compactam ex sulphuris cavea. Lib. 3 unc. III.<sup>32</sup>

4° *Minores alias sulphureas glebas*, tanquam resinosa terrae tubera, margae adhuc infixas. Lib. V unc. VI.

---

artificial preparations.

<sup>30</sup>Luigi Ferdinando Marsili (1658–1730), naturalist and former Holy Roman Empire officer. Correspondent and collaborator of Vallisneri, who considered him an authority on the Earth sciences (and greatly admired his museum of *natural curiosities*). On this topic, see Generali 2007a, 351–360; Luzzini 2013a, 88–90; 2014a, 207–208; Sarti 2003; Stoye 1994; Vaccari 2003; 2008.

<sup>31</sup>Vittorio Francesco Stancari, from Bologna (1678–1709), astronomer, mathematician, physicist, and naturalist. In 1708, he was appointed the first Chair of Mathematical Analysis ever established in Italy, at the University of Bologna. See Vallisneri 1991, 301.

<sup>32</sup>Arguably, a piece of marl. The noun “cretam” (“clay”) and the adjective “uliginosam” (“wet,” or “damp”) suggest than the specimen is more argillaceous than calcareous.

#### **seu” has been inverted by marking them with numbers).**

<sup>ev</sup>alveolum, sive modulum liquato sulphure elevantur

<sup>ew</sup>sulphureis moleculis ramentis

<sup>ex</sup>sapiunt observante id et cum amatissimo, et doctissimo viro D. Victorio Stancario, ex

<sup>ey</sup>praxim adeo tam

<sup>ez</sup>concipies.

*Ramentis* Moleculis

<sup>fa</sup>erumpens in externum

<sup>fb</sup>variosque

<sup>fc</sup>colores velamen a

<sup>fd</sup>partes *inglorio* abiecto

<sup>fe</sup>Stancardus

<sup>ff</sup>provido quodam fatorum

<sup>fg</sup>sepposito promiscuae immiscuae

<sup>fh</sup>labores, et incogitata vitae pericula deludens

- 5° *Strias sulphuris vivi*,<sup>33</sup> aut virginis fere diaphani electriformis gypso inhaerentes,  
7] eodemque in segmento alias strias sulphuris communis pallidiusculi margae im-  
pactas. Lib. IIII.
- 6° *Terram pinguem* arcano sulphure imbutam,<sup>f1</sup> quae licet glebis, striisve sulphureis  
careat, igne tamen mollitur, ac in resinosum chalcantosa<sup>34</sup> parva<sup>f2</sup> licet, turgens acid-  
itate liquamen<sup>f3</sup> tenuatur. Lib. VI.
- 7° *Cretam subalbidam* cum tartareis fluoribus, ac sulphure virgine. Lib. IIII unc. X.
- 8° *Elegans purissimi sulphuris glomeramen* saxi pallentis figuram referens. Lib. II  
unc. X.
- 9° *Tria virginei sulphuris fragmina*<sup>35</sup> colore, ac diaphaneitate succino simillima<sup>f4</sup> pro-  
priae matrici adhaerentia. Unc. VIII.
- 10° Aliam sulphuris virginis massulam<sup>36</sup> terrae subalbae lapidefactae, veluti dicunt tar-  
tarissatae implantatam. Unc. X.
- 11° Terram subalbam pinguem, et veluti butyrosam,<sup>37</sup> quam esse prima sulphuris rudi-  
menta censem fosores. Unc. IX.
- 12° Sulphur evanidum friabile, pulvereum, quod putrefactum dices, margae inustum,  
vel forsan nimis antiquum, aut in suis primordiis non bene coctum, aut in aliqua  
parte deficiens, quicquid nonnulli potent<sup>f5m</sup> auctores. Lib. <I>.
- 13° Tartareos fluores eleganter sulphureis flosculis respersos. Lib. I.
- 14° Caput mortuum,<sup>38</sup> vel terram multicavam, quasi tophaceam, ex qua sulphur ex-  
tractum fuit, in ollarum fundo residentem, quae dum exhaustur, si pinguis adhuc  
accensa est, laborantium vultum cadaverico inficit colore, per multumque temporis  
adhuc elegantissimis imbuta coloribus splendet. Lib. V.
- 15° Saxa viva diversae magnitudinis rotunda, quondam fluctibus fortasse agitata, quae  
adinvicem quasi manu superimposita variis in fodinae locis reperiuntur. Num. III  
lib. II.
- 16° Fuliginem fornacum sulphuris. Lib. V.

<sup>33</sup>Mineral sulphur (S).

<sup>34</sup>The term “chalchantum” is a synonym for vitriol. See Fabri 1671, 192–193.

<sup>35</sup>Mineral sulphur (S).

<sup>36</sup>Mineral sulphur (S).

<sup>37</sup>Arguably, a sort of calcareous clay, as is suggested by the adjective “subalbam” (“whitish”).

<sup>38</sup>“Caput mortuum” (in English, “dead head”), also known as “nigredo”: alchemical terms referring to the residual substance produced from such operations as sublimation, distillation, or filtration (see Crosland 2006, 81). Here, Vallisneri uses this term in a broader sense, alluding to the residual earth from which sulphur has been extracted.

<sup>f1</sup>:imprae*gnatam*

<sup>f2</sup>chalcantosa *aliqua* parva

<sup>f3</sup>aciditate *gravidum* liquamen

<sup>f4</sup>**In the text:** similima

<sup>f5m</sup>nonnulli *blaterent* potent

17° Flores sulphuris<sup>39</sup> ab extimis vasorum externorum parietibus derasos. Unc. VIII.

18° Sulphuris massam ignis torturam experti, ac percolati lib. IIII. 8]

Parte<sup>fn</sup> montis sinistra,<sup>fo</sup> quae ad orientem, meridiemque vergit, pyrites<sup>40</sup> incertae<sup>fp</sup> figurae extant quamplurimi,<sup>fq</sup> sicuti lapilli aereo colore perfusi, ac viscosae, sterilesque margae multicolores, non incerta prorsus subditae minerae<sup>fr</sup> <sup>fs</sup> argumenta. Duplex<sup>ft</sup> pyritarum genus, alterum quod in humido frustillatim dissolvitur, nitroque aereo<sup>41</sup> facile florescit, alterum aeternum est, ac immutabile.<sup>42</sup> Sulcatur huius montis dorsum hinc inde a rivulis, qui omnes in unum rivum, vulgo *Riazzone*<sup>43</sup> coeunt, cuius ripae innumera maris cimelia reservant, antalos<sup>44</sup> nempe striatos, leves, asperos, tubulos vermiformes,<sup>45</sup>

<sup>39</sup> See note 29.

<sup>40</sup> Pyrite, an iron sulfide mineral ( $\text{FeS}_2$ ) with a cubic crystallographic structure. However, the words “incertae figurae” (“with a strange form”) suggest that the author refers also to marcasite, another iron sulfide (known as “white iron pyrite”). This mineral has an orthorhombic crystal structure, is lighter and more friable than pyrite, and is frequently associated with marl, gypsum, and clay, as typically happens in the gypsum-sulphur formation of the northern Apennines. See Luzzini 2013a, 94; 2014a, 210–211; Vallisneri 2012, 209–211, 277.

<sup>41</sup> According to the Hermetic alchemist, philosopher, and physician Paracelsus (Philippus Aureolus Theophrastus Bombastus von Hohenheim, 1493–1541), “life was sustained [...] through the presence of a life spirit essential for both the organic and inorganic worlds. By the final decade of the sixteenth century this spirit was identified as an aerial niter” (Debus 2001, 12); and, by the early years of the seventeenth century, “the aerial niter had become associated with a life force requisite for man” that would be examined and debated by a great number of physicians and natural philosophers throughout the early modern period (Debus 1977, 108–109). In the XVII century, the chemist and physician John Mayow (1641–1679) further developed the research on the role played by aerial niter in combustion and respiration, paving the way for the identification of this substance with oxygen (see also Debus 1964). By acknowledging the existence of an aerial niter and the influence of this substance on mineral genesis and growth, Vallisneri is presumably referring to the Paracelsian tradition.

<sup>42</sup> Here, Vallisneri makes a distinction between marcasite (“frustillatim dissolvitur”) and the far more stable pyrite (“aeternum est, ac immutabile”).

<sup>43</sup> Rio Riazzone, a small tributary of the Tresinaro River. The two streams merge a few kilometers north from the city of Scandiano. Along its course, the Riazzone crosses clays, clay-schists, and arenaceous and calcareous shales. These rocks date back to the Late Cretaceous period (100–65 Ma) and contain a large quantity of marine fossils. Proceeding further, the Riazzone meets fossiliferous, blue-grey shale beds which date back to the Late Pliocene epoch (3.6–2.5 Ma). Cartographic source: *Carta geologica d’Italia, Foglio 86 (Modena)* 1963. See Luzzini 2013a, 95, note 95.

<sup>44</sup> Tusk shells, or scaphopods (Phylum Mollusca, Class Scaphopoda), once known as “antales” and “dentalles.” On this topic, see *Encyclopaedia Perthensis; or Universal Dictionary of the Arts, Sciences, Literature, etc., intended to supersede the use of other books of reference* 1816, 574. See also Vallisneri 2012, 130–131.

<sup>45</sup> From Buonanni 1681, 143: “Cannelletti di varie specie, detti tubuli vermiculares, poiché in tutti vivono alcuni vermi. Sogliono nascere sopra i sassi, o sopra gusci di altri testacei, e d’altri vegetabili del mare. Tutti si piegano, come i serpenti, ma senza regola di linea spirale, onde non si possono dire turbinati.” See also Vallisneri 2012, 76–77. According to the images in Buonanni’s treatise (Tab. 20), the “tubuli vermiculares” could be identified as both tube worms of the Family Serpulidae (Phylum Anellida, Class Polychaeta: sessile anellids which secrete calcareous tubes) and worm snails of the Family Vermetidae (Phylum Mollusca, Class Gastropoda: sessile molluscs with irregular, tubular shells).

<sup>fn</sup> From this point on, text continues at the bottom of p. 6.

<sup>fo</sup> montis dextera sinistra

<sup>fp</sup> pyrites, marchesitaeve incertae

<sup>fq</sup> quamplurimae

<sup>fr</sup> Margin note (right): Volve unam paginam

<sup>fs</sup> From this point on, text continues on p. 9.

<sup>ft</sup> Dupplex

Lib. 41, in quo Petilii<sup>167</sup> mortem oraculi verbo *Leti* ambigue intortam expressit. *Praefecti*, refert, *inde in diversas regiones Petilius adversus Balistae, et Leti iugum* (quod nunc Alpium D. Pellegrini nomen audit), *quod eos montes perpetuo dorso inter se iungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione militem, immemorem ambiguitatis verbi omninatum ferunt, se eo die Lethum capturum esse.*<sup>168</sup> Pro monte autem Leti, Lethum omne fatali subivit.<sup>169</sup>

Sunt qui credunt Virgilium de hac regione intellexisse, quando Aeneid. Lib. 7, N. 800 cecinit

*Circaeumque iugum, queis Iuppiter Anxuris arvis  
praesidet, et viridi gaudens Feronia luco.*<sup>170</sup>

Sed errore plectuntur, Micotto etiam supralaudato auctore, quoniam Dea Feronia, praeter locum, ubi nunc est Petrasancta<sup>171</sup> (non in Bientina,<sup>172</sup> uti Volateranus Com. Urb. Li. 5 existimat)<sup>173</sup> binos alias in Italia habuit lucos sibi sacros. Alter in Faliscis,<sup>174</sup> de quo Strabo De situ Orbis L. 5 *Sub Monte autem Soractae*<sup>175</sup> *urbs est Feronia, quo nomine a Dea quadam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipsius est templum mirificum sacri genus habens, nam qui eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, et copiosum inambulant sub hac XVII.r] daemone nulla laesione cinerem.*<sup>176</sup> Alter, de quo loquebatur Poeta<sup>177</sup> iuxta Dionis. Lib. 2,<sup>178</sup> Sipontin.,<sup>179</sup> supra

<sup>167</sup> Quintus Petilius Spurinus (III century BC–176 BC), Roman consul. He died fighting against the Ligures.

<sup>168</sup> Livius 2018, XLI, 18, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0914.phi00141.perseus-lat3:18>. In his treatise, Pacchi strongly disagrees with Vallisneri on the identification of the “Mons Letum” mentioned by Titus Livius with the Alp of Saint Peregrine (Pacchi 1785, 43–44). Actually, the exact identity of this mountain is still uncertain.

<sup>169</sup> “Letum” means “violent death,” “ruin.”

<sup>170</sup> From Vergilius 2018a, VII, 799–800, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0690.phi003.perseus-lat1:7.783-7.802>. Arguably, Vallisneri refers to the quote in Giraldi 1548, 170.

<sup>171</sup> Pietrasanta (Province of Lucca).

<sup>172</sup> Bientina (Province of Pisa).

<sup>173</sup> Raffaele Maffei (1451–1522), a humanist and historian from Volterra. Maffei 1506. This note refers to Maffei 1530, 48v: “Deinde Feronia lucus Ptolemaeo, qui nunc Bientina cum lacu forte fuerit, nonnullis vero Petrasancta.”

<sup>174</sup> Faliscans: an ancient Italic tribe who lived in central Italy from the VIII century BC to 241 BC, when their main city, Falerii, was destroyed by the neighboring Romans. On this topic, see Waldman and Mason 2006, 247–249.

<sup>175</sup> Mount Soratte (691 m/2,267 ft above sea level), in the Province of Rome.

<sup>176</sup> Strabo/ Στράβων 2018, V, 2, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0099.tlg001.perseus-grc1:5.2>. The same quote (in Latin) is in Giraldi 1548, 170.

<sup>177</sup> Virgil.

<sup>178</sup> Halicarnassensis 2018, II, 49: “Delatos autem ad campos Italiae, qui Pomentini vocantur, et agrum, quo primum appulerant, Feroniam vocasse, ab ipsa maris navigatione, in qua ipsis contigerat ut huc illuc fermentur; et deae Feroniae templum erexisse, cui vota nuncuparant: quam iam, unius literae immutatione, Feroniam vocant” (original Greek version: <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0081.tlg001.perseus-grc1:2.49.5>).

<sup>179</sup> Niccolò Perotti (1429/30–1480), Italian humanist, philologist, and Archbishop of Siponto (hence the Latin name “Sipontinus”). The reference is to Perotti 1489. Page references are to the 1502 edition (Perotti 1502, 37): “Vir. et viridi gaudens Feronia luco. [...] et Iunonem quae Feronia vocabatur. Fontem aut fuisse in Campania iuxta Tarracinam: quae aliquando est Anxur dicta. Sed illud magis constat sub monte Soracte urbem fuisse Feroniam, et in ipso monte eiusdem nominis dea: quam finitimi mira religione venerabantur.”

7 Aeneid. Virg. Servium,<sup>180</sup> et alios erat in Latio Tarracinae<sup>181</sup> propinquus, quem etiam Syl. Ital. de Bel. Pun. Lib. 13 carmine ornavit.

*His fractus ductor convelli signa maniplis  
optato laetis habitu iubet, itur in agros  
dives ubi ante omnes colitur Feronia luco  
et sacer humectat fluvialia rura Capenas.<sup>182</sup>*

Variis regio haec finibus clauditur, quos verbis ex Fabritio Zum. in Inform. XI desumptis circumscribemus. *Provincia Garfagnana*, scribit, *posita est inter agrum Pistoriensem ab oriente, et agrum Lunensem ab occidente, quae ab illis agris dividitur per cacumina montium inter hanc, et illos existentium, et item inter summitates Montis Apenini a latere septentrionis, ubi Lombardia, et a meridie territorium Lucense, et est divisa in quatuor Vicarias, nempe Camporegiana, Castiglionis, Bargae, et illam Coregliae.*<sup>183</sup> Tunc temporis vero angustioribus est coarctata limitibus, etiam quo ad nomen, quod solum ea pars retinuit, quae sub Serenissimo Aestensi dominio fortunatissima viget.

Figuram navis provincia haec sortitur, quae inter Apenini radices, atque Paniam curvata laetae fertilitati<sup>pe</sup> velificat. *Pania Mons*<sup>184</sup> est asperimus, sterilis, nudus, vix feris notus, ita forsan a *Poenia paupertatis dea*<sup>185</sup> vocatus. *Bargam*<sup>186</sup> nunc orientem versus habet, a meridie praedictam *Paniam*, Montem *Team*<sup>187</sup> a Ponente, qui eam a Lunensi agro disternat, et a septentrione XVII.v] Apeninorum iuga tenet. Multis torrentibus, rivulis, fontibus, fluviisque perennibus, ac limpidis perluitur, qui variis exquisitissimis ditescunt piscibus, inter quos trutae celebres ad irritamenta gulæ magnatum, principumque mensas exornant. Primum *Serchius*<sup>188</sup> sibi vindicat locum a *Ptolomeo* Geogr. Lib. 3 Tab. 6 *Boactus*,<sup>189</sup> a *Plinio Hist. Nat. Lib. 3 Auxer*,<sup>190</sup> a *Strabone Aesar De situ Orb. L. 5* appell-

<sup>180</sup>Honoratus 2018, VII, 799–801, <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus:text:1999.02.0053>: “‘Circaeumque iugum.’ Circa hunc tractum Campaniae colebatur puer Iuppiter, qui Anxyrus dicebatur, quasi ἄνευ ξύποῦ, id est sine novacula, quia barbam numquam rasisset, et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. Est autem fons in Campania iuxta Terracinam, quae aliquando Anxur est dicta. ‘Et viridi gaudens Feronia luco.’ Non vacat quod addidit ‘viridi’: nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio et vellent incolae exinde transferre simulacra deorum, subito reviruit. ‘Qua saturae iacet atra palus.’ Secundum hanc lectionem re vera Saturam paludem intellegimus; sed alii ‘Asturae’ legunt. Quod si est, paludem pro flumine posuit; nam haud longe a Terracina oppidum est Astura et cognominis fluvius.”

<sup>181</sup>Terracina (Province of Latina).

<sup>182</sup>Silius Italicus 2018, XIII, 82–85, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1345.phi001.perseus-lat1:13>. Here and below, the English translation follows Silius Italicus 1934a; 1934b.

<sup>183</sup>Fabrizio Zumali, a lawyer from Lodi who lived in the XVI century. He defended the Republic of Lucca against the Duchy of Ferrara, Modena and Reggio in a legal dispute over the possession of Garfagnana. On this topic, see Molossi 1776, 187; Pacchi 1785, 3, 22. The quoted passage is arguably from a part (Informatio XI) of an unknown, larger text.

<sup>184</sup>Pania della Croce (1,858 m/6,096 ft above sea level). It is the highest peak in the mountain range known as Gruppo delle Panie (“Panie Group”), in the Apuan Alps.

<sup>185</sup>Penia (Πενία), Greek mythological goddess of poverty and need.

<sup>186</sup>Barga (Province of Lucca).

<sup>187</sup>Mount Tondo, once known as Mount Tea (1,782 m/5,846 ft above sea level). It divides the drainage system of the Serchio (in Garfagnana) from that of the Magra River, in Lunigiana.

<sup>188</sup>Serchio, the main river in the Province of Lucca (and, therefore, the main river in Garfagnana). It flows into the Tyrrhenian Sea, a few kilometers north from Pisa.

<sup>189</sup>Ptolemaeus/ Πτολεμαῖος 2018, III, [http://penelope.uchicago.edu/Thayer/E/Gazetteer/Periods/Roman\\_Texts/Ptolemy/3/1\\*.html](http://penelope.uchicago.edu/Thayer/E/Gazetteer/Periods/Roman_Texts/Ptolemy/3/1*.html). Arguably, the map number and the related name refer to one of the many Latin editions of Ptolemy’s treatise. I refer here to Ptolemaeus/Πτολεμαῖος 1584, *Europae Tabula VI*.

<sup>190</sup>Plinius (Maior) 2018, III, 8, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0978.phi001.perseus-eng1:3.8>: “[...] Pisae inter amnes Auserem et Arnum.”

latus.<sup>191pf</sup> A duobus fontibus originem trahit, quorum alterum supra *Silanum*,<sup>192</sup> supra *Soraggium*<sup>193</sup> alterum rimosa tellus egurgitat, coeuntesque postea eorum rivuli, aliis rursum in itinere sociatis *Castrinovi* moenia una cum *Turritae*<sup>194</sup> undis, de quibus Testi, non sine strepitu diverberant. Corravit in hunc novi rivi, novique torrentes, quibus in mare Lucae propinquius tumidus quandoque, ac minax, tribus lapidibus ab Arni<sup>195</sup> ostiis distans, non inglorius devolvitur.

Antiquitus cum Arno immiscebat, ut innuere videtur Rutilius Poeta Numant. itiner. L. 1, qui de Pisis loquens inquit,

*Alpheae veterem contemplor originis urbem quam cingunt geminis Arnus, et  
Auxer aquis.*<sup>196pg</sup>

Id quod etiam Strabo L. 5, De situ Orbis, affirmit.<sup>197</sup> Sed quoniam Lucensi Urbi plurima ferebat incommoda, fuit a D. Fridiano illius urbis Episcopo<sup>198</sup> XVIII.r] (uti pie creditur), ab anno 560 ad annum 575 solo rastro, stupente natura, divisus. *Hic*, scribit Volat. Comm. Urb. L. 5, De rebus pisanor., *Phridianus Praesul ante omnes colitur, cuius meminit Gregorius, cum in aliis Licensibus benemeritus, tum quod Auxerim amnem agros inundatione vastantem divinitus compescuit, ex quo pars ea, quae Auxeris nunc dicitur, ab ea deducta aspicitur.*<sup>199</sup>

De hoc etiam Guido Vanninus Poeta Luc. Epigr. 12, et 19 cecinit, affirmans, quod

*Rastro iussit parere furentem.*<sup>200</sup>

Amnis hic, ut multi alii, adorationem antiquorum meruit ob Strabonis fabellam De situ Orbis L. 5,<sup>201</sup> secundum Annium, ipsumque, tanquam particularem Etruriae Deum coluerunt, ut etiam ex Svetonio,<sup>202</sup> et ex Macrobio habetur,<sup>203</sup> de quo videatur Annius super 16

<sup>191</sup>Strabo/ Στράβων 2018, V, 2, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0099.tlg001.perseus-grc1:5.2>.

<sup>192</sup>Sillano, the main hamlet of the municipality of Sillano Giuncognano (Province of Lucca).

<sup>193</sup>This name could refer either to Rocca Soraggio or Villa Soraggio, both hamlets in the municipality of Sillano Giuncognano.

<sup>194</sup>Turrite Secca, a western tributary of the Serchio. The two streams merge in Castelnuovo di Garfagnana.

<sup>195</sup>Arno, the main river of Tuscany. It flows into the Tyrrhenian Sea, after passing through Pisa.

<sup>196</sup>Rutilius Namatianus 2018, I, 565–566, [https://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lpost05/Namatianus/nam\\_red1.html](https://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lpost05/Namatianus/nam_red1.html). English translation: J. W. Duff and A. M. Duff 1934.

<sup>197</sup>Strabo/ Στράβων 2018, V, 2, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0099.tlg001.perseus-grc1:5.2>.

<sup>198</sup>Saint Fridianus (Frediano di Lucca, circa 500–588), an Irish prince who travelled to Italy and became Bishop of Lucca. According to a legend, he miraculously diverted the course of the Serchio (which often flooded the nearby city) by using a simple rake. On this topic, see Fanucchi 1870; Puccinelli 1952.

<sup>199</sup>Maffei 1530, 48v.

<sup>200</sup>Vannini 1611, Liber Quartus, Epigramma XXIII, *De D. Fridiano, Episcopo Lucensi, rastro Aesarem flumen vertente*, 118 (the epigram numbers quoted in the manuscript are incorrect).

<sup>201</sup>Strabo/ Στράβων 2018, V, 2, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0099.tlg001.perseus-grc1:5.2>.

<sup>202</sup>Suetonius 2018, II, *Divus Augustus*, 97 (2), <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1348.abo012.perseus-lat1:97.2>.

<sup>203</sup>This quote is not clear. Here, Vallisneri may refer to a passage from the *Saturnalia* (Macrobius 2018, II, 4, [http://penelope.uchicago.edu/Thayer/L/Roman/Texts/Macrobius/Saturnalia/2\\*.html](http://penelope.uchicago.edu/Thayer/L/Roman/Texts/Macrobius/Saturnalia/2*.html)), where Octavian Augustus ironically addresses his friend Gaius Maecenas as “Laser Aretinum.” For a detailed comment on

<sup>pf</sup>In the text: appellatus

<sup>pg</sup>These lines are written in regular font.

fragm. Catonis.<sup>204</sup> Silentio tamen involvendum non est memorabile Augusti fatum Svetonio Tranquillo, in eiusdem vita, notante. *Sub idem tempus, ait, ictu fulminis ex inscriptione statuae eius prima nominis littera effluxit.*<sup>ph</sup> *Responsum est centum solum dies post haec victurum, quem numerum C littera notaret, futurumque, ut inter deos referretur, quod Aesar, id est reliqua pars e Caesaris nomine Etrusca lingua Deus vocaretur.*<sup>205</sup>

Laxatur haec provincia in aliquas valles, in multosque colles curvatur scopulis etiam praeruptis, saxisque ingentibus aspera nemoribus hinc inde sylvescit. Metallorum<sup>pi</sup> est dives. Granis, vino, canape, fructibus, oleribus, piscibus non caret. Carnibus vero, XVIII.v] caseo, castaneis ad abundantiam usque luxuriat, hic illa satis ad sobrietatem, haec ut plurimum ad satietatem pro vicinis etiam exuberant. Nec ibi venatica desiderantur, cum<sup>pj</sup> ad delicias, tum ad pecorum custodiam. Antiquitus enim<sup>pk</sup> saepe cum ursis, nunc cum lupis, taxis atque vulpeculis saepe<sup>pl</sup> res est.

Homines ut plurimum parvi corpore, colore maior pars subfusco, torosa, et fortis, semper ad arma parata, in subitam iram prona, vindictae avida, iniuriarum memor, acuti, ac versatilis ingenii, exteris amica, hospitalitatis amantissima, suo domino fida, literis apta, naturali amoenissimo Tuscorum pollens eloquio, hilaris cantu, saltuque vivida, in mecanicis ingeniosa, mercibusque sollicita. Hyeronimus Capugnanus Itiner. Part. prima paucis populum hunc delibat, *Natio haec, inquit, Garfagnanae maritia, audax, et in bello assuefacta, indomitaque, Atestinis principibus devota,*<sup>206</sup> quod sane, si ullo tempore, praesenti armis exteris strepente, clarescit.<sup>207</sup>

Quinque<sup>pm</sup> et nonaginta vicos, multasque villas, et rura tenet, quorum omnium caput primum *Castrum novum* est, secundum *Camporgianus*,<sup>208</sup> tertium *Trasilicus*.<sup>209</sup> Vigintiquatuor mille circiter colonos alit, ut in notulis, aut catalogis scribarum, et cancellariorum anni 1626 legere est.

Dividitur nunc tota Caferoniana in tres partes pro gubernando aptius populo, quas antiquo vocabulo *Vicarias* adhuc appellant,<sup>pm</sup> quoniam a *Vicario*, idest Imperatoris, aut alterius Principis supremi vices gerente XIX.r] regebantur, qui nunc *Rationis Dux* (Capitano di Ragione) dicitur.

---

the relationship between the word “lasar/laser” and the name “Aesar,” see Macrobius 1870, 236–237 and notes.

<sup>204</sup> Nanni 1515, Liber VII, *De origine gentium et urbium Italicularum*, LXXV: “Aesar fluvius dictus: quia lingua Hetrusca Aesar dicitur deus, ut Sueton. dicit in Vita Octaviani.”

<sup>205</sup> Suetonius 2018, II, *Divus Augustus*, 97 (2), <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1348.abo012.perseus-lat1.97.2>.

<sup>206</sup> F. Schott and Giovannini 1600, 146.

<sup>207</sup> Vallisneri is referring to the War of the Spanish Succession (1701–1714), a great conflict that scoured Europe after the death of the last Habsburg King of Spain, Carlos II (1661–1700).

<sup>208</sup> Camporgiano (Province of Lucca).

<sup>209</sup> Trassilico. Once an autonomous municipality, now a hamlet in the municipality of Gallicano (Province of Lucca).

<sup>ph</sup> affluxit

<sup>pi</sup> Metallum

<sup>pj</sup> tum

<sup>pk</sup> Antiquitus vero enim

<sup>pl</sup> vulpeculis quandoque saepe

<sup>pm</sup> clarescit.

*Aer non inclemens, sed <...> Alpes malus sub Alpibus <...f...ex ...> <...> meridies.*

Quinque

<sup>pn</sup> In the text: appellant

Prima est illa Castrinovi, ubi Gubernator residet cum octo militibus lanceariis,<sup>po</sup> vel hastilia ferentibus vario cultu ornatis continuo eidem adstantibus. Toti provinciae tum in civili, tum in politico generaliter praeest. Gubernatio vero particularis cuilibet Rationis Duci propriae Vicariae innititur.

Secunda est Camporgiani Vicaria, quae antiquitus erat prima, sed vel ob comodiorem Castrinovi, viarumque situm, vel fatorum clade ac temporum vitio exulcerata, atque deppressa vix nunc secundum obtinet locum. Discerpitur in triginta tres vicos, vulgo *Terre*, qui habitatores circiter 1968 alunt.

Tertia est in Trasilico, quae multos pariter sub sua ditione vicos possidet, quorum incolae circiter sunt 4505.

Binae<sup>pp</sup> arces militibus,<sup>pq</sup> armisque continuo munitae<sup>pr</sup> regionem hanc defendunt, et fraenant, reliquis, quas antiqui erexerunt, vel dirutis, vel incustoditis. Prima dicitur *Arx Montis Alfonsi*,<sup>210</sup> quae in colliculo Castronovo superincumbente erigitur, affabre laborata, perpetuis excubiis, militibusque gregariis diligentissime custodita. Nomen sortitur ab Alfonso Secundo Aestensi Ferrariae Duce,<sup>211</sup> qui anno 1579 die 22 Aprilis aedificandam curavit, ut hostilia Lucensium, facinorosorumque hominum tentamina reprimeret. Marchioni Cornelio Bentivolio<sup>212</sup> munus hoc demandatum fuit, qui cum quatuor millibus granorum sacculis, tormentis varii generis bellicis, variaque ad arduum laborem supellectile Castrum novum petens, superadditis etiam triginta quatuor millibus scutis a provincia solutis, pacis dulcedinem populo, vicinis hostibus terrorem, quietem **XIX.v]** omnibus caram promittens<sup>ps</sup> faelicissime memorandum opus absoluit. Arx altera vocatur *Verrucole*<sup>213</sup> antiquum<sup>pt</sup> servans adhuc nomen, atque structuram, situ inaccessibilis, armisque praecipue priscorum manu missilibus inexpugnabilis. Supra horrendum, altissimumque scopulum posita, undique praerupta, atque impervia, nisi per angustissimum tramitem, qui facile a defensoribus obtruncari, saxis, ac trabibus, paucisque aliis armis etiam a natura ipsa paratis defendi potest. Nomen sapienter ab antiquis inditum, quoniam *Verruca*, Catone monente apud Aulum Gelium Noct. Attic. Lib. 3 C. 7, altum, asperumque montis verticem significat, hinc *verrucosus mons*, qui multis verrucis, hoc est asperis, editioribusque iugis assurgit.<sup>214</sup> Ita et nos medici *verrucas* dicimus crudum quoddam tumorum genus, *cutemque verrucosam* tuberculis quibusdam exasperatam vocamus.

Stemma est *pila metallica*, ex cuius apice, ac latere utroque singulatim tres flammarum globo erumpunt, quae genium populi bellatorem, igneumque spiritum facile

<sup>210</sup>Mont'Alfonso Fortress, now part of the municipality of Castelnuovo di Garfagnana.

<sup>211</sup>Alfonso II d'Este (1533–1597), fifth Duke of Ferrara, Modena and Reggio. On this topic, see Tiraboschi 1825, 131.

<sup>212</sup>Cornelio Bentivoglio, Marquess of Gualtieri (1519/20–1585). On this topic, see Tiraboschi 1825, 440.

<sup>213</sup>Verrucole Fortress, now part of the municipality of San Romano in Garfagnana (Province of Lucca).

<sup>214</sup>Here, Vallisneri refers to a passage from Gellius' *Noctes Atticae* (Gellius 2018, III, 7 (6–8), [http://penelope.uchicago.edu/Thayer/l/roman/texts/Gellius/3\\*.html](http://penelope.uchicago.edu/Thayer/l/roman/texts/Gellius/3*.html)): “‘Censeo,’ inquit ‘si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam’—sic enim Cato locum editum asperumque appellat—‘ire iubeas, eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos praevertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. Tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est’.”

<sup>po</sup>militibus, *vel* lancearis

<sup>pp</sup>**In the text:** Binas

<sup>pq</sup>militibus *militibus*, armisque

<sup>pr</sup>**In the text:** munitas

<sup>ps</sup>**In the text:** promittens

<sup>pt</sup>Verrucole *Arx verrucosa* antiquum

furentem demonstrat. Quod Alphonsi Primi Ferrariae Ducis<sup>215</sup> fuit ob partam Ravennae victoriam cum epigraphe *Loco, et tempore.*

Spirituale dominum partim est sub Dioecesi Episcopi *Serzanae*,<sup>216</sup> vel secundum alios *Cergiani*, aut *Lunae novae*, partim sub Dioecesi Episcopi *Lucae*.<sup>217</sup><sup>pu</sup> Dividit illud rivulus Podii (del Poggio), rivulusque Cavezzae<sup>218</sup> inter S. Romanum,<sup>219</sup> Silicagnanamque<sup>220</sup> percurrentes. Sub variis ingemuit dudum dominis Caferonianae Provinciae,<sup>pv</sup> quos singulos enumerare taediosum foret et extra chorū saltarem nimis. Sub auspiciis nunc faelicissime floret Serenissimae Domus Aestensis, omnium oblita calamitatum, quae diu frementem, ac reluctantem **XX.r]** diverberarunt.

Supra Castrinovi portam insculpta marmore visitur aquila expansis alis, rostroque minax, quae leonis dorso superincumbens iras eiusdem imperio frenat, atque castigat. Quod victoriam Aestensium supra hostes, quos tacito calamo praetereundos existimamus, demonstrat.<sup>221</sup> Cui suis in Satyris Ludovicus Ariostus arrisit, quando die 20 Februarii anni 1522 gubernandae provinciae ipsi opus commissum fuit. Sic etenim in quarta Satyra, quae incipit

*Per custodir, come al Signor mio piacque  
il grege garfagnin, etc.*<sup>222</sup>

Historiam leonis tangit, sacramque ulcus refricat.

*Dei<sup>pw</sup> saper la licenza in che è venuto  
questo paese, poiché la Pantera<sup>223</sup>  
indi il Leon l'ha fra gli artigli avuto,*<sup>224</sup>

Quae regio postea excusso exterorum iugo sub auspiciis Aestensis Aquilae respiravit, et ut cum Virgilio loquar

*Rediere saturnia regna.*<sup>225</sup>

Sed extra oleas<sup>226</sup> me nimis divagantem increpas amicorum suavissime, dum non naturae, sed hominum historiam pando. Parce pruriēti calamo, resque nondum editas scribenti,

<sup>215</sup>Alfonso I d'Este (1476–1534), third Duke of Ferrara, Modena and Reggio. On this topic, see Tiraboschi 1825, 130.

<sup>216</sup>Now the Roman Catholic Diocese of La Spezia-Sarzana-Brugnato.

<sup>217</sup>Now the Roman Catholic Archdiocese of Lucca.

<sup>218</sup>Rivo del Poggio e di Cavezza (Poggio and Cavezza Creeks), now both known as Cavezza di Verrucole: a small tributary of the Serchio. The two streams merge in Piazza al Serchio (Province of Lucca).

<sup>219</sup>San Romano in Garfagnana (Province of Lucca).

<sup>220</sup>Sillicagnana, a hamlet in the municipality of San Romano in Garfagnana.

<sup>221</sup>The sculpture is an allegory of the Este's victory over the Republic of Florence (whose symbol was a lion, known as "Marzocco") in 1521, when Alfonso I d'Este regained Garfagnana after the death of Pope Leo X (Giovanni di Lorenzo de' Medici, 1475–1521). Therefore, the lion could refer both to the emblem of Florence and to the Pope's name. On this topic, see Pacchi 1785, 82.

<sup>222</sup>Ariosto 1535, *A M. Sigismondo Maleguccio*.

<sup>223</sup>The panther was the symbol of the Republic of Lucca, which previously occupied Garfagnana.

<sup>224</sup>Ariosto 1535, *A M. Sigismondo Maleguccio*.

<sup>225</sup>This passage is from the *Bucolica* (Vergilius 2018c, IV, 6, attributed, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0690.phi001.perseus-lat1:4>).

<sup>226</sup>See note 97.

<sup>pw</sup>Lunae

<sup>pv</sup>**In the text:** Provincia

<sup>pw</sup>Devi

quae curiosis forsitan salivam movebunt, e tenebris abscondita eruent, spiritus excitabunt somniculosis. Pudebat claram adeo provinciam literario orbi ignotam, cui maternum non obscurum sanguinem, et ipsa natalia debo. Natus enim ex caferoniensi matre ex nobili Davinorum familia die Martis 3 Maii, hora 14 anno<sup>px</sup> 1661, dum genitor meus utriusque Iuris Doctor in Arce Trasilici iura dabat, sentiebam me invitum a natura trahi extra naturae historiam. **XX.v]**

Patere etiam, ut parergon loco nonnulla antiqua Romanorum<sup>py</sup> locorumque nomina montium iugis adhuc illustria clade temporum plebaeis distorta vocabulis ad pristinum nitorem restituam, quae ex ms. Timothei Tramonti,<sup>227</sup> Anselmi Micotti,<sup>228</sup> Ioannis Bosii,<sup>229</sup> Bartholomei Morgantii<sup>230</sup> aliorumque sudato opere repertis avidus exhaustriebam. Scias<sup>pz</sup> tamen exopto, me non adeo esse credulum, ut omnia antiqua nomina, quae leges a priscis consulibus, tyrannis, regulis, heroibus desumpta vera existimem.<sup>qa</sup> Multa mihi videntur ridicula, distorta multa, et violentia quadam ingenii potius expressa, quam sponte nascentia, quae (uti communis antiquitatis scriptorum mos est) nonnullis immixta veris historiam fabulis, fabulas historiis immiscent. Nolo candorem meum, nolo veritatem, nolo tuas aures offendere. Decerpe, quae credes vero consona, quae falsa reice. Dicam cum clarissimo viro Filippo a Turre *Non<sup>qb</sup> is ego sum, qui pronus induam conflictas plerumque, et turbidis, caenosisque fontibus haustas nomenclaturas, et migrationes populorum.*<sup>qc</sup> De inscript. M. Aquilii Cap. 1.<sup>231</sup> **XXI.r] XXI.v]**

Villa<sup>qd</sup> di Marcione<sup>qe</sup>—Vicus Marcelli.  
 Castiglione—Castrum Lestrigonum.  
 Villa Calamandrina—Vicus Aemilii Mamercini.  
 Corfino—Vicus Valerii Corvini.  
 Soraggio—Vicus Sergii.<sup>qf</sup>  
 Canigiano—Vicus Canini Rebilii.  
 Pania di Corfino—Mons Valerii Corvini.

<sup>227</sup> Timoteo Tramonti (circa XVI–XVII century), an antiquarian from Castiglione di Garfagnana (Province of Lucca). He wrote a manuscript on the history of Garfagnana (Tramonti n.d.). See Pacchi 1785, 179.

<sup>228</sup> See note 165.

<sup>229</sup> Giovanni Bosio (?–?). Arguably, another antiquarian from Garfagnana.

<sup>230</sup> Bartolomeo Morganti (circa XVI–XVII century), an antiquarian from Garfagnana.

<sup>231</sup> Torre (del) 1700, 9. Filippo del Torre (1657–1717), Bishop of Adria, was a learned historian, archaeologist, and a friend of Vallisneri. On this topic, see Vallisneri 1991, 463.

<sup>px</sup> 14 die Martis anno

<sup>py</sup> Romanarum

<sup>pz</sup> From this point on, text continues on a small scrap of paper (XXI). This is the recycled cover of a letter. On the verso is written:

“All’Ill.mo Sig.r mio P.ron Colmo  
 Il Sig.r Antonio Vallisnieri  
 Franca per Venezia  
 Padua”

<sup>qa</sup> vera *tibi consona* existimem

<sup>qb</sup> Turre *Tam elegantissima praefatione ad lectorem versus finem Non*

<sup>qc</sup> This phrase is written in regular font.

<sup>qd</sup> From this point on, text continues on paper XXII.r.

<sup>qe</sup> di S. Marcione

<sup>qf</sup> Vicus *Cornelii Cetheghehi* Sergii

Silano—Castrum Iunii<sup>qg</sup> Silani.  
 Fiumicello di Soraggio—Amnis Caii Atilii Serrani.  
 Camporgiano—Campus Roscianus,<sup>qh</sup> vel Calfurnianus.  
 Forno Volastro—Vicus Calpurnii Bestiae.  
 Silicano—Vicus Silii Silvani.<sup>qi</sup>  
 Rosciano—Vicus Roscii.  
 Cassiano—Vicus Cassii.  
 Cesarana—Vicus Caesaris.  
 Brutiano—Vicus Brutii.  
 Petrognano—Vicus Petronii.  
 Niciano—Vicus Anicii.<sup>qj</sup>  
**Alpe di S. Pellegrino—Mons Leti. XXII.r]**  
 Valico—V. Valerii<sup>qk</sup> Poblicolae. Vergemoli—V. Servilii Gemini.<sup>ql</sup> Terminone—  
 V. Minutiae Thermae. Trasilico—V. Virginii Tricosti.<sup>qm</sup> Mulazzano—V. Cornelii  
 Maluginei.<sup>qn</sup> Massa—V. Valerii Messalae.<sup>qo</sup> Magnano—V. Pompei Magni.<sup>qp</sup>  
 Cerageto—Vicus Tergemini Curiati.<sup>qq</sup> Mozanella—V. Menenii Lanati.<sup>qr</sup> Pian di  
 Cerreto—V. Aurelii Ceretani.<sup>qs</sup> Chioza—V. Cai Acatii.<sup>qt</sup> Riana—Vicus Rheae Silviae.  
 Trappignano—V. Lucreti Tricipitini.<sup>qu</sup> Albiano—V. Fabii<sup>qv</sup> Lebeonis. Tiglio—V. Statilius  
 Tauri.<sup>qw</sup> Filecchio—V. Furii Phili.<sup>qx</sup> Oppio—V. Sp. Oppii.<sup>qy</sup> Coreglia—V. Aurelius  
 Costae.<sup>qz</sup> Ghivizano—V. Cassii Viscellini.<sup>ra</sup> Tereglio—V. Elii Tuberi.<sup>rb</sup> Cala-  
 vorno—V. Accilius Glabrii.<sup>rc</sup> Bolognano—V. Calfurnii Bibuli.<sup>rd</sup> Cardoso—V. Lucii  
 Cethegi.<sup>re</sup> Gallicano—V. Galli Canini.<sup>rf</sup> Verni—V. Plauti<sup>rg</sup> Venni. Fiatton, e Campi—

<sup>qg</sup>Iulii<sup>qh</sup>Campus Regis Iani Roscianus<sup>qi</sup>Silano—Vicus Sillae Silicis Silvanus<sup>qj</sup>Niciano. *Vicus Niciae*—Vicus *Niciae* Anicii. This last word is written by a different hand (see the following note).<sup>qk</sup>Valerius (from this point on, the list is written and finished by a different hand. The author is Domenico Cecchi. His handwriting was recognized thanks to the autograph inscription on the first map).<sup>ql</sup>Servilius Geminus<sup>qm</sup>Virginius Tricostus<sup>qn</sup>Cornelius Malugineus<sup>qo</sup>Valerius Messala<sup>qp</sup>Pompeus Magnus<sup>qq</sup>Cerageto—*Vicus Curiati Targemini* V. Tergeminius Curiatus<sup>qr</sup>Menenius Lanatus<sup>qs</sup>Aurelius Ceretanus<sup>qt</sup>Caius Acatius<sup>qu</sup>Lucretius Tricipitus<sup>qv</sup>Fabius<sup>qw</sup>Statilius Taurus<sup>qx</sup>Furius Philus<sup>qy</sup>Oppius<sup>qz</sup>Aurelius Costa<sup>ra</sup>Cassius Viscellinus<sup>rb</sup>Elius Tuberus<sup>rc</sup>Accilius Glabria<sup>rd</sup>Calfurnius Bibulus<sup>re</sup>Lucius Cethagus<sup>rf</sup>Gallus Caninus<sup>rg</sup>Plautus

V. Fonteii<sup>rh</sup> Capitonis. Perpoli—V. Papirii<sup>ri</sup> Masonis. Pallerozo—V. Oratii Paluilli.<sup>rij</sup>  
 Pieve Fosciana—V. Publiri<sup>rk</sup> Flaccinatoris. Migliano—V. Marci Aemilii.<sup>rl</sup> Bargecchia—V. Aemilii Barbulae.<sup>rm</sup> Eglio—V. Elii<sup>rn</sup> Peto. Rontano—V. Aruntii<sup>ro</sup> Nepotis.  
 Ceretolo—V. Luctatii<sup>rp</sup> Cereti. Gragnanella—V. Cornelii Dolobellae.<sup>rq</sup> Silico—Vicus Sillae. Antisciano—V. Hostili Mancini.<sup>rr</sup> Careggine—V. Ebutii<sup>rs</sup> Cornicensis. Fabbriche—V. Caii Fabricii.<sup>rt</sup> Ponticosi—V. Publii Cossi.<sup>ru</sup> Sambuca—V. Fabii Ambusti.<sup>rv</sup>  
 Cascianello—V. Ottacilli Crassi.<sup>rw</sup> Roggio—V. Lucii<sup>rx</sup> Regillensis. Puianella—V. Popilii<sup>ry</sup> Lenas. Vitoio—V. Ventidii Bassi.<sup>rz</sup> Vaii—V. Lucii Velleii.<sup>sa</sup> Corti—V. Curii Dentati.<sup>sb</sup> Corfigliano—V. Calfurnii<sup>sc</sup> Pisonis. Minucciano—V. Munatii Planci.<sup>sd</sup> Agliano—V. Eliani.<sup>se</sup> Castagnola—V. Fulvii Centimali.<sup>sf</sup> Giuncognano—V. Genutii Clepsinae.<sup>sg</sup> Capoli—V. L. Capitolini.<sup>sh</sup> Pontaccio—V. Gnei Petici.<sup>si</sup> Dalli—V. Caesi Duillii.<sup>sj</sup> Cogno—V. Gnei Genutii.<sup>sk</sup> Veregnano—V. Publi Verennii.<sup>sl</sup> Magliano—V. Lucii Emiliani.<sup>sm</sup> Gragnano—V. Gegani Mamercini.<sup>sn</sup> Metello—V. Caecili Metelli.<sup>so</sup> Borsigliano—Brutus Bubulanus. Livignano<sup>sp</sup>—M. Levinus. Caprignano—V. Cornelii Aruini.<sup>sq</sup> Orzaiola—V. Aurelii Oresti.<sup>sr</sup> Sala—V. Livii<sup>ss</sup> Salinatoris.

---

<sup>rh</sup>Fonteius

<sup>ri</sup>Papirius

<sup>rij</sup>Oratius Paluillus

<sup>rk</sup>Publius

<sup>rl</sup>Marcus Aemilius

<sup>rm</sup>Aemilius Barbula

<sup>rn</sup>Elius

<sup>ro</sup>Aruntius

<sup>rp</sup>Luctatius

<sup>rq</sup>Dolobella

<sup>rr</sup>Hostilius Mancinus

<sup>rs</sup>Ebutius

<sup>rt</sup>Caius Fabricius

<sup>ru</sup>Publius Cossus

<sup>rv</sup>Fabius Ambustus

<sup>rw</sup>Ottacillus Crassus

<sup>rx</sup>Roggio—L V. Lucius

<sup>ry</sup>Popilius

<sup>rz</sup>Ventidius Bassus

<sup>sa</sup>Lucius Velleius

<sup>sb</sup>Curius Dentatus

<sup>sc</sup>Calfurnius

<sup>sd</sup>Munatius Plancus

<sup>se</sup>Elianu

<sup>sf</sup>Fulvius Centimalus

<sup>sg</sup>Genutius Clepsina

<sup>sh</sup>Capitolinus

<sup>si</sup>Gneus Peticus

<sup>sj</sup>Caeso Duillius

<sup>sk</sup>Gneus Genutius

<sup>sl</sup>Verennius

<sup>sm</sup>Lucius Emilianus

<sup>sn</sup>Gegani Mamercino

<sup>so</sup>Caecilius Metellus

<sup>sp</sup>Livignanus

<sup>sq</sup>Cornelius Aruina

<sup>sr</sup>Aurelius Orestus

<sup>ss</sup>Livius

Piazza—V. Vibii<sup>st</sup> Pansae. Naggio—V. Nautii Rutilii.<sup>su</sup> Bibbiana—Fabius Vibulanus. Puglano—C. Petilius. Etc.

Quae<sup>sv sw</sup> omnia solum eruditionis causa indigo, non ut, cum feret occasio iis utar nominibus, quae obsoleta iam, usuque deperdita necessariam elocutionis, ac historiae claritatem obtenebrant.

Sed e diverticulo in viam. *Castilionem* Paulo post ingressi **XXII.v]** sumus, ubi generose ab Ill.mi Prioris Guazzelli<sup>232</sup> benignitate excepti quicquid curiosi viciniis in illis extabat, magno animi solatio didicimus. Argenteos pyritas ob substratam cupri,<sup>sx</sup> argentine mineram exhausimus,<sup>233</sup> pilasque terrae flaviusculas, quarum<sup>sy</sup> in centro medulla auricolor lucidissima condebatur, cui<sup>sz</sup> quoniam igne resolvitur, et exhalat, *hyerarchiae* nomen, nescio qua ratione,<sup>234</sup> indidere. *Pyropum, sive carbunculum* monstruosae magnitudinis quodam in specu, ob torrentem praeterfluentem inaccessible, noctu adeo splendescere affirmarunt, ut accensa lampas videatur, sed vel *ignem fatuum* esse, vel *putridum lignum notilucum*, vel *lampyrim* aut cicindelam aliquam, suspicari<sup>ta</sup> etiam fas est.<sup>235</sup>

Non procul in substrata planitie citra *Aesarem<sup>tb</sup>* Torrentem (Serchio) thermales ubertim emanant aquae dictae *della Pieve*, quoniam sub **31]** ditione *Terrae Plebis* existunt.<sup>236</sup> Inter tot, quae in<sup>tc</sup> nostris montibus saluberrimae scatent, solae<sup>td</sup> istae nunc sunt in usu, aliisque palmam abripuerunt. Experientia enim teste, maxima etiam locum non invenere remedia, si tempestive potentur, male natam plurium morborum sobolem in dies licet<sup>te</sup> succrescentem demetunt.<sup>tf</sup> Nec tam facile remorbescunt, semel recte corpora salutiferis undis detersa.

<sup>232</sup>The “Prior Guazzelli” could be identified as Michelangelo Guazzelli (1660-173?), a nobleman from Castiglione. He was appointed Podestà (“chief magistrate”) of Sassuolo (Province of Modena) from 1720 to 1724, and later became Podestà of San Felice sul Panaro (Province of Modena), from 1724 to—at least—1731. See Cionini 1880, 214.

<sup>233</sup>On the great mineralogical diversity that can be found in Garfagnana (including such mineral species as—among many others—pyrite, marcasite, copper, and silver), see Biagioni 2009; Bonini and Biagioni 2007; Luzzini 2013a, 100, note 108.

<sup>234</sup>Arguably, mineral sulphur (S). When burnt, it produces sulphur dioxide (SO<sub>2</sub>), a toxic gas (hence, probably, the expression “exhalat”).

<sup>235</sup>Considering the location where this phenomenon was observed, Vallisneri’s assumptions seem plausible. It could have been either an *ignis fatuus* (or “will-o’-wisp,” in Italian “fuoco fatuo”: weak flames produced by the decomposition and natural combustion of organic matter) or the bioluminescence of fireflies.

<sup>236</sup>Bagno della Pieve, a spa still used in the municipality of Pieve Fosciana (Province of Lucca). It is also described in Vallisneri 1711, 355–356; 1728, 105–107.

<sup>st</sup>Vibius

<sup>su</sup>Nautius Rutilus

<sup>sv</sup>Vallisneri’s handwriting restarts from this point.

<sup>sw</sup>Etc.

*Ex Timotheo Tramontio, et Bartholomeo Morgantio Antiquariis*

Quae

<sup>sx</sup>substratam aeris cupri

<sup>sy</sup>quam

<sup>sz</sup>condebatur, quae cui

<sup>ta</sup>aliquam esse, potius suspicari

<sup>tb</sup>citra Serchium Aesarem

<sup>tc</sup>quae ex in

<sup>td</sup>scatent aquae, solae

<sup>te</sup>lices

<sup>tf</sup>demetant

*Iacobus Lavellius* harum<sup>tg</sup> virtutes Literato Orbi communicavit anno 1609 *kal. Septembris*.<sup>237</sup> Medio lapide distat earundem scaturigo a *Castronovo*. Sunt<sup>th</sup> limpidae saporis subsalsi, subamarique, odoris bituminosi, et plus quam tepidae. Suas etiam longe a fonte virtutes servant. Eo modo, quo aquae *Tetutianae*,<sup>238</sup> sumuntur, praemissa nempe levi purgatione, expiatisque primis viis. Usque ad bis senos dies novantur,<sup>ti</sup> vel etiam ulteriores, si placet, iuxta saevam, antiquamve morborum tyrannidem. Dosis decem, duodecimve librae quolibet mane iuxta indigentiam, aut ventriculi capacitatem, et robur, atque id, quod nescio quid admirandi sapit, vires tunc recreant, neque tumet, nec extraneo pondere gravatur stomachus, nec torminibus ventrem exagitant, sed blande, placideque duarum horarum spatio praeterfluent, lubricam alvum reddunt, sitim extingunt.

Primi extrinsecus mirificas vires in doloribus rheumaticis, 32] arthriticisque, ac variis<sup>tj</sup> nervorum morbis experti sunt, quibus faelicibus observatis experimentis alii, devorato ut ita dicam timore, speque<sup>tk</sup> maioris efficaciae, magisque prosperi effectus concepta, aquam ipsam animose biberunt, quam, cum non solum innoxium, sed incomparabile remedium turmatim<sup>tl</sup> advolarunt, ac sine praecedenti purgatione, sine sexus, aetatis, temporis discriminine generose potantes, fere omnes, tanquam miraculo sanescebant. Auscultabant eiusdem viribus saeviora fere quaecumque morborum semina, ita ut apud vicinos populos *medicinae nomen universalis* audiret. Deferbuit tamen insanus adeo bibendi cacoethes,<sup>tm</sup> cum nonnullos impuro corpore, ac sine debitissimis cautelis imprudenter bibentes maiori labe infecerint. More scilicet magnorum remediorum, quae intempestive sumpta sibi veneni naturam, interdum asciscunt.<sup>tn</sup> Eo tandem res devenit, ut prudenter cum medicorum administratae consilio, spes aegrotantium non fallant, et signate multis, non indiscriminatim omnibus opitulentur.<sup>to</sup> Sed ut ad offam proprius accedam.

Dolores<sup>tp</sup> capitis antiquos vel saepe recrudescentes, epilepsias, vertigines, surditates, lymphaticos fere omnes morbos, cordis palpitationes praecipue spasmodicas, pulmonum ulceræ, et asthmata delent. Ventriculis effoeti, crudoque marcore tabescentis solatum sunt. Icteros detergunt, dolores colicos, passiones hystericas, illiacos 33] affectus, hydropicos quosdam sanant. Unda enim pellit undam,<sup>tz</sup> atque ad antiqua serositatum impluvia extravasatas lymphas corrivat. Ventris fluxus cohibent, urinariosque tubulos verrendo cal-

<sup>237</sup> Jacopo Lavelli (XVI–XVII century), a physician from Castelnuovo and Professor of Medicine at the University of Pisa. In 1609, he wrote a letter in Latin on these thermal springs. A partial transcription of this letter is reported in Paolucci 1720, 78. An Italian translation of the entire letter was then published in Vandelli 1760, 77–93, 102–103. Finally, a complete transcription of the original Latin text can be found in Pacchi 1785, *Lettera del Dottore Jacopo Lavelli di Castelnuovo intorno ai Bagni della Pieve di Fosciana, del 1609*, LXXVI–LXXIX. On this topic, see De Stefani 1879; Pacchi 1785, 197, 200–201. For a detailed chemical study of the thermal springs of the Serchio River valley, see Calvi et al. 1999.

<sup>238</sup> Terme Tettuccio, one of the most ancient and renowned spas in Montecatini Terme (Province of Pistoia). Here, Vallisneri refers to a passage from Lavelli's letter (Pacchi 1785, LXXIX): "[...] eo modo, et ordine sumitur, quo aqua Tettucciorum sumi consuevit."

<sup>tg</sup>Lavellius, *me fallor, primus fuit, qui harum*

<sup>th</sup>Castronovo *Caferonianæ*. Sunt

<sup>ti</sup>dies deglutiuntur novantur

<sup>tj</sup>ac aliis variis

<sup>tk</sup>spemque

<sup>tl</sup>remedium *sentient, turmatim*

remedium *experientur, turmatim*

<sup>tm</sup>cachoetees

<sup>tn</sup>adsciscunt

<sup>to</sup>oppitulentur

<sup>tp</sup>Dolus

<sup>tz</sup>undas

culos, et arenosa sedimenta propellunt. Menstrua provocando, vel obstructos meatus reserando faecunditatem revocant, podagraeque tormenta levant. Vermes tandem, eorundem mucosa nidamenta, et semina certo certius a cellulatis intestinorum latebrulis exterminant.

Quid tantas donet his aquis vires, vix coniecturis locus. Nondum enim exactam harum analysim institui, quam, si meliora Deus otia dabit, et si *Regium Lepidi*,<sup>239</sup> ubi in posterum mea Patria stabit, post tot emensos labores iterum revisam, instituere gestit animus. Si tamen aliquid hariolari fas est, ex sale alcalico calcario, ac bitumine, quibus mons ille scatet, vires omnes mutuari, non abludet forsitan a vero. Extrahebant enim antiquitus coloni a superincumbentibus fodinis quandam egregiam *bituminis* speciem, quae *gagatis* a Galeno descripti naturam redolebat.<sup>240</sup> Cum autem *gagates* virtutibus omnibus polleat, quibus dicta *Caferonianae Plebis* aqua, hinc salinis etiam, tanquam auxiliaribus copiis ulterius ditata,<sup>tr</sup> iure merito morbos omnes descriptos eminenter pessundare necesse est.

Parte montis opposita novae pariter *thermae* olim repertae sunt *lacteo sapore, atque teperc* conspicuae, quae ad sal acre muriaticumve bilis edomandum mite 34] conducebant, sed in ipsis cunabulis pene obsoleverunt.<sup>241</sup>

*Camporgianum* tandem inexpectato devenimus, antiquam scilicet illam totius provinciae metropolim, ubi a generosissimo D. *Carolo Davino*,<sup>242</sup> ab Ex.mo D. *Ioanne Baptista Ternio*<sup>243</sup> avunculis meis, atque ab Ill.mo D. *Iulio de Rubeis Praetore*,<sup>244</sup> concive meo, ac consanguineo perhumaniter excepti, dura salebrosi fastidia itineris, fractasque vires levavimus.<sup>ts</sup> Certabant omnes officiis,<sup>tt</sup> festivasque celebrando dapes, crateras<sup>tu</sup> magno omne

<sup>239</sup> Reggio (Regium Lepidi), the ancient name of the city of Reggio Emilia.

<sup>240</sup> From Galen's *De simplicium medicamentorum temperamentis ac facultatibus* (Galenus Γαληνός 2018, IX, *De lapidibus*, <https://books.google.it/books?id=pswQcfcp4VkC&printsec=frontcover#v=onepage&q&f=false>): "Est et alias lapis colore atro, qui ubi igni admotus fuerit, persimilem bitumini odorem exhibit, quem Dioscorides nonnullique alii in Lycia inveniri prodiderunt, ad fluvium nomine Gagatem, unde et ipsi lapidi nomenclaturam inditam dicunt [...]." Here, too, Vallisneri refers to a passage from Lavelli's letter (Pacchi 1785, LXXVII): "Galenus enim, et Mesues, praecipui praceptores nostri, asserunt oleum, quod de bitumine petrae gagatis extrahitur, talia beneficia afferre consuevit; vim enim emolliendi, aperiendi, et discutiendi ei tribuit Galenus."

"Lapis Gagates"—"jet" in English, "gaietto" in Italian—is a type of lignite once used in jewelry (because of its relative hardness and translucence) and in medicine. On the chemical composition of the thermal waters in Pieve Fosciana, see Calvi et al. 1999, 50–52.

<sup>241</sup> Though the location of this second, unexploited thermal spring is not clear, Vallisneri is evidently referring to a passage from the last part of Lavelli's letter (Pacchi 1785, LXXIX: "Mille passus procul a dictis thermis, sed in opposita parte alterius montis, quaedam aquae thermales nuper inventae sunt, quae ad hepar refrigerandum summopere conducunt, et inter alias (quia tres sunt numero) una ipsarum reperitur lactis saporem referens, quod monstruosum dici potest; cum in terrae cavernis id dignatur, quod in pectore solummodo animalium naturae decreto gigni consuevit. Et haec insignem hepati affert refrigerationem; sed ob fluiminis viciniam, et supereminenter montis oppressionem difficillime defendi possunt, quin aquae miscentur; et nondum intelligere potui, quid sit de ipsarum commodo usu sperandum.") Pacchi (1785, 197) agrees with Vallisneri. But according to others (Calvi et al. 1999, 46–48; De Stefani 1904, 119–120; Paolucci 1720, 78; Vandelli 1760, 101–103), Lavelli's note refers to the Torrite thermal waters: these are located on the opposite side of the Serchio, and are described by Vallisneri later in the manuscript.

<sup>242</sup> Carlo Davini (16?–17?), uncle of Vallisneri. See Vallisneri 1991, 124.

<sup>243</sup> Giambattista Terni (16?–17?). Arguably, an uncle of Vallisneri.

<sup>244</sup> Giulio Rossi (16?–17?), from Scandiano, Capitano di Ragione (i.e., governor and chief magistrate) of Camporgiano. See Cionini 1880, 89, note 1.

<sup>tr</sup>ulterius *armata* ditata

<sup>ts</sup>vires *perurbana hospitalitate* levavimus

<sup>tt</sup>omnes *favoribus officiis*

<sup>tu</sup>crateres

coronantes<sup>tv</sup> severitatem philosophicam, ac medici peregrinantis austерitatem exuere me cogebant. Tunc thermae, tunc minerae, tunc tota natura sepulta mero iacebat, calentemque vidisse,<sup>tw</sup> lusus erat.

Tam grata hospitalitate<sup>tx</sup> expediti *Turritae* balnea visebamus, quae uno tantum lapide a Castronovo occidentem versus distant.<sup>245</sup> Providam antiquorum sedulitatem, recentiorum incuriam obstupui. Elegantissima, et ad commodum balneantium magnifice quondam instructa aedificia, nunc fatali ruina quassata cernuntur. Limo, parietinis, saxis, immundoque caeno lavacrum unum repletum est, et secreta calidae commercia per incustoditas vias in subiectum flumen defluunt. Solium alterum 35] paulo diligentius detersum est, adhucque<sup>ty</sup> aegrotantium solatio famulari potest. Quadrilaterae figurae est cum sedilibus circum, et in umbilico laboratis, et lateritio fornice tectum. Per occultum aquaeductum e montis pede in hydrophylacium<sup>246</sup> aqua saliens ferventissima cogitur,<sup>tz</sup> inde in canaliculum subgrundiae simillimum, in solium defluit. Embolo tamen, seu epistomio, si placet, clauditur, derivaturque per recurva demeacula circa lavacri labrum ad alias usus. Nec solum aqua calens extillat. Frigidissima prope funditur, quae ex eiusdem montis visceribus fistulato<sup>ua</sup> tramite emergens contiguum igniti aquaeductus lambit latus, quae pariter<sup>ub</sup> per diversos cuniculos ad lubitum diducitur. Ita temperant ad arbitrium modo aestuantem unius calorem, modo rigens alterius gelu. Non vulgari scilicet artis, ac naturae miraculo. Potest enim quis eodem in balneo modo gelidos artus concalefacere, modo exustos<sup>uc</sup> refrigerare, modo per gradus, vel laudabili temperie inter utriusque extrema corpus<sup>ud</sup> fovere. Non opus est, ut in Euganeis,<sup>247</sup> quod aqua longo itinere mitigata descendens, minaci ardore deposito, suavi temperatione mollescat. Torpet, multoque blandius fracta intepescit in ipso limine, visque illa medicatrix non longo elassescit<sup>ue</sup> itinere. Unde cum Cassiodoro, et de hoc fonte dicam *non tantum deliciosa voluptas acquiritur, quantum blanda medicina confertur, scilicet sine tormento cura, sine horrore remedia, sanitas inempta.*<sup>248</sup> His adnectitur cubiculum omni necessario quondam instructum et pro assistentium, et pro bal-

<sup>245</sup> Torrite thermal waters, an ancient spa in the municipality of Castelnuovo di Garfagnana. The spring was located on the Apuan (western) side of the Serchio River, along the Turrite Secca Torrent. It disappeared in 1948, as a consequence of the construction of a nearby hydroelectric power plant (Calvi et al. 1999, 46–50). The Torrite thermal waters are also described in Vallisneri 1711, 356–357; 1728, 108–111. On this topic, see also De Stefani 1904; Pacchi 1785, 197–200; Paolucci 1720, 78; Vandelli 1760, 95–104.

<sup>246</sup> For a comment on the use of this term in the manuscript, see note 121.

<sup>247</sup> Despite what could be argued, the hydrothermal activity of the Euganean Hills is not a consequence of their volcanic origin. Rather, the thermal and chemical features of these springs result from the penetration of water 3 kilometers (1.85 miles) deep into the Earth's crust through fractures in rocks. At this depth, the water meets a crystalline basement and is forced upwards by hydraulic pressure, eventually flowing at high temperature (up to 75°C) and enriched with mineral salts, including such elements as Cl, Na, K, Mg, Br, I, Si. On this topic, see Astolfi and Colombara 1990; Bosellini 2005, 98; Luzzini 2013a, 84; <http://www.parcocollieguganei.it>.

<sup>248</sup> This is a passage from Cassiodorus' *Variae* (Cassiodorus Senator 2018, II, 39, <http://www.thelatinlibrary.com/cassiodorus/varia2.shtml>). The same quote is in Vallisneri 2006, 291 and note 713.

<sup>tv</sup>omine <...> *coronantes* coronantes

<sup>tw</sup>alentemque *Catonem* vidisse

<sup>la</sup>lentemque *minerarum* vidisse

<sup>tx</sup>grata *benevolentia*, ac *operosa liberalitate* hospitalitate

<sup>ty</sup>adhucquae

<sup>t</sup>ferventissima *defluit* cogitur

<sup>ua</sup>visceribus *defluens* fistulato

<sup>ub</sup>parites

<sup>uc</sup>exustas

<sup>ud</sup>corfus

<sup>ue</sup>elascescit

neantium commodo, quod tamen semidirutum est. Calor 36] aquae huius ferventis, sapor, odor, vires eaedem sunt, ac thermarum Euganeorum Montium,<sup>uf</sup> si<sup>ug</sup> eas excipias quae tartareo, mihique interne suspecto ferrumine lapidescunt.<sup>249</sup> Abundant scilicet sale, sulphure, volatili terra, spiritu, ut sapore, odore, experimentis, viribus, tactu et analysi patet. Hinc in cronicis praecipue, ac desperatis morbis ad has, tanquam ad sacram anchoram configiendum existimamus, tum si interne, tum si externe a perito clinico praescribantur. Nemo enim tam hospes in medicina est, qui ignoret, longos, atque refractarios morbos, ab obcaecatis, ut plurimum huius machinae canaliculis, cribrisve infarctis dependere, pro quibus reserandis nil aquis thermalibus sale, sulphure, ac spiritu luxuriantibus potentius existit. Lavant enim, everruntque<sup>uh</sup> viscerum, partiumque tubulos, atque alte glandulosos acinos pereptando coagulatos succos dissolvunt, et urgent, hinc sanguineo latici, lymphae, fermentisque pristinum motum conciliando ad antiqua munia marcescentes inertis languore partes restituunt. Ita revocato suo omnibus tono,<sup>ui</sup> reseratis, detersisque organulis omnibus,<sup>uj</sup> ac edomitis succis ex chylo praecipue crudo sylvestribus, laudabilis in posterum ab universa massa fluidorum circulatio celebratur, despumatio eorundem,<sup>uk</sup> ac depuratio exacte perficitur, ex quo tota sanitatis beatitudo dependet. Ex quibus patet fere universam morborum sobolem ex dictis causis generaliter enascentem<sup>ul</sup> posse Turritae Thermas 37] averruncare. Hipocondriacos igitur morbos, qui ut plurimum protheiformi, ut ita dicam, vultu<sup>250</sup> communia derident remedia, medicorumque flagellum audiunt, renum, ureterum, vescicae labes, uterique sordes<sup>um</sup> delere posse indubium est. Ob sulphur<sup>un</sup> amicas pectori, ob sal detersivum ventriculo, et intestinis, capitique ob spiritum nemo nescit. Si quis autem timidiusculus nimiam earundem activitatem perhorrescat, poterit facilis negotio frigida temperare, easque thermis blande tepentibus et minus activis *B. Virginis Montis Orthoni*<sup>251</sup> prorsus aemulas reddere.

Neque solum interne, sed externe certas opes ferunt. Trahunt enim originem cutanei morbi vel a sanguinis exuvii per cutaneas glandulas<sup>uo</sup> non expulsis, reticulariique

<sup>249</sup> As is pointed out in the Italian synthesis of the *Primi itineris Specimen* (Vallisneri 1726, 382), Vallisneri is specifically referring to the Terme d'Abano: the most renowned spa in the Euganean Hills (now in the municipality of Abano Terme, Province of Padua). On this topic, see Luzzini 2013a, 84–87, 186; Vallisneri 1706.

<sup>250</sup> From Proteus (Πρωτεύς), a Greek mythological god of waters, who—just like water—constantly changed shape. Hence the Latin adjective “protheiformis” (“protean” in English, “proteiforme” in Italian), which means “versatile,” “mutable.”

<sup>251</sup> Fonte della Vergine di Monteortone (“Spring of the Holy Virgin of Monteortone”), in Abano Terme. According to a legend, in 1428 the soldier Pietro Falco bathed in it, and was miraculously healed from plague. Later in the XV century, a shrine was built on this site (Santuario della Madonna della Salute, “Shrine of the Madonna of Health”), becoming a popular destination of pilgrimage. See Luzzini 2013a, 86–87; Vallisneri 2006, 246 and note 636; <http://www.abanoterme.net/abano-citta.html>; <http://www.monteortone.it/3sto/app.htm>.

<sup>uf</sup> Montis (in the manuscript, the order of the words “Montium” and “Euganeorum” has been inverted by marking them with numbers).

<sup>ug</sup> Montium, exceptis illis, si

<sup>uh</sup> e<x>erruntque

<sup>ui</sup> In the text: revocato suo omnibus revocato tono

<sup>uj</sup> organulis tono omnibus

<sup>uk</sup> eiusdem

<sup>ul</sup> generaliter succrescentem enascentem

<sup>um</sup> uterique scelera sordes

<sup>un</sup> supphur

<sup>uo</sup> cutaneas miliares glandulas

plexu,<sup>252</sup> aut areolis<sup>253</sup> interpositis irretitis, vel ab externis vermiculorum iniuriis caeca erosione pustulas, et ulcusula excavantibus, aut a salium acutie, vel asperitate, aut a poliposa, pigrave vapescens<sup>up</sup> sanguinis dispositione, aut a lymphae, serive acescentis torpore, vel ab alia rebelli, et alte etiam inhaerente causa, quae totius fere cutis compositam rationem coinquinet,<sup>uq</sup> sulphureae, salinaeque moleculae spiritu, caloreque agitativo vibratae poterunt affrictas labes explodere. Eius namque spiracula rursus aperiendo, crispatos, aut rigidos villos emolliendo, lentis **38]** humoribus motum conciliando insectorum cuiuslibet speciei turbam potenter exterminando, fibras tandem tabo marcidas roborando citius, tutius, blandiusque qualibet externa<sup>ur</sup> remediorum farragine ad pristinam sanitatem aegros restituent. Eadem ratione nervosis affectibus vel stillicidio, vel aspersione, vel immersione, vel alio quolibet modo prescriptae opitulantur.<sup>us</sup>

In dorso montis opposito trans torrentem aliae huiusmodi thermae, sive *fontes excociti, ac igniti*, ut cum *Cassiodoro* loquar,<sup>254</sup> emanant, qui neglecti per rudes fistulas rimosasque vias in declive devolvuntur. Et quamquam nullus honos medicatis his undis usque adhuc a scriptoribus exurgat, nihilo tamen minus nomen *Aponon*<sup>255</sup> et istae merentur, cum etiam in istis, ut in tot aliis esse possit

*Publica morborum requies, commune medentum  
auxilium, praesens numen, inempta salus.*<sup>256ut</sup>

His non sine medico examinatis solatio inceptum iter prosequebamur per cautes adeo precipites, et crebra mortis imagine perhorrendas, ut quandoque paenituerit<sup>uu</sup> nimium curiositati litasse. Vincebat tamen acris cognoscendi<sup>uv</sup> cupidus, trementemque interdum pedem erectus ad meliora animus novis ausibus castigabat. Tunc mirabar inter adeo praerupta saxorum iuga, inter tam ardua terrarum, et rudes scopulos, in quibus nulla oculorum, et praecipua **39]** palati<sup>uw</sup> oblectamenta vix sunt

*Castaneae molles, et pressi copia lactis.*<sup>257</sup>

<sup>252</sup>Here, Vallisneri is supposedly referring to the vascular network of the skin.

<sup>253</sup>Areola: a circular, pigmented area in the skin. Usually, this term refers to the colored area which surrounds the nipple.

<sup>254</sup>This is an adapted quote from Cassiodorus Senator 2018, II, 39, <http://www.thelatinlibrary.com/cassiodorus/varia2.shtml>: “Haec perennitas aquarum intellegendi praestat indicium per igneas terrae venas occultis meatibus influentem imitus in auras erumpere excociti fontis inriguam puritatem”; “Spatium, quod inter aedem publicam et caput igniti fontis interiacet, silvestri asperitate depurga.”

The location of this other, unexploited thermal spring is not clear, though Vallisneri (see also Vallisneri 1726, 383) places it on the eastern side of the Turrite Secca Torrent. In any case, according to Domenico Pacchi (Pacchi 1785, 200), by the second half of the XVIII century this spring no longer existed.

<sup>255</sup>Variation of Aponus, a deity of the ancient Adriatic Veneti, later identified with the Greek god Apollo (Απόλλων) and, as such, dispenser of health. Hence the modern name “Fonte d’Abano” (“fons Aponi”). On this topic, see Lazzaro 1981.

<sup>256</sup>Claudianus 2018a, 69–70, <http://www.curculio.org/Claudian/aponus.html>. The same quote is in Vallisneri 2006, 291 and note 714.

<sup>257</sup>Vergilius 2018c, I, 82, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi0690.phi001.perseus-lat1:1>.

<sup>up</sup>pigrave ac vapescens

<sup>uq</sup>rationem consceleret coinquinet

<sup>ur</sup>qualibet sordida, ac foetenti externa

<sup>us</sup>oppitulantur

<sup>ut</sup>**Margin note (left):** Claud.

<sup>uu</sup>paenituit

<sup>uv</sup>acris sacandi cognoscendi

<sup>uw</sup>praecipua palatis palati

mirabar inquam fortes, et lacertosos homines diu, ac beate vivere, foeminasque lepidulas, Veneres<sup>ux</sup> ipsas urbium quandoque nitore, ac lenitate<sup>uy</sup> frontis excellere. Et tamen solam aquam limpidissimam ebibunt, et rudissimis alimentis latrantem stomachum saturant. *Non artis adminiculis,*<sup>uz</sup> ut Divi Hyeronimi verbis utar, *expoliunt<sup>va</sup> purpurisso faciem, nec extraneis exuviiis turritos vertices struunt.*<sup>258</sup> Non Minerva, non Ceres, non Bacchus ibi sua munera dispensat,<sup>vb</sup> adhucque ibi vetustas dices aetatis aureae latitare reliquias. Amylon tritici defectu pro lineis panniculis, vel amiculis, ad<sup>vc</sup> notam consistentiam indurandis *ari radice*<sup>259</sup> conficiunt, provido sagacis populi, ac naturae nullibi deficientis consilio. Detracto enim primo cortice contritas radices aqua fontis macerant, donec mollescant, deinde cremorem exprimunt, qui facile postea in fundo vasis subsidet. Prima decantata aqua, ut cum chimicis loquar, novam superaffundunt, quae salia quaelibet liquet rodentia, qua<sup>vd</sup> diligenter effusa candidissimum sedimentum exsiccat soli, quod ab amylo nostrate nec consistentia, nec colore, nec usu distinguitur. Annonae tempore pro cibo salubri **40]** quandoque usos affirmabant, cum tota vis caustica, rodendique robur,<sup>ve</sup> quod ex manuum dolorifica sensatione et ipsi primis expressionibus experiuntur, ab aqueis moleculis absorbeatur.

Ultimos tandem Alpium fines, quos<sup>vf</sup> *Panie* vocant per vix concessos tramites tetigimus, ex quibus non longe Tyrrhenum aequor aestuans visitur. Hic inter saxa nigro pumice primo in limine squallentia largus minerarum thesaurus, hic curiosus naturae ruspator et corpus, et ingenium fatigare, sollicitamque sciendi famem satiare, corporis autem augere potest. Neque inter horrentes cryptas coloni desunt. *Furnus Volaster* non improppio nomine vocatur pauperculus vicus, quem ferrea gens, armisque aptissima inhabitat. Antiquam, celebremque huius loci viam, regionisque asperitatem *Areostus* ita<sup>vg</sup> eleganter delineavit.

*Lo scoglio, ove il sospetto fa soggiorno  
alto dal mare da seicento braccia  
di ruinose balze cinto intorno,  
e da ogni parte di cader minaccia,  
il più stretto sentier, che guida al Forno  
là dove il Garfagnin il ferro caccia,  
la via Flaminia, et Apia nomar voglio,*

<sup>258</sup>This is an adapted quote from Saint Jerome's *Epistolae* (Hieronymus 2018, CXXX, 7, <http://ctsstage.dh.uni-leipzig.de/text/urn:cts:latinLit:stoa0162.stoa004.opp-lat3/passage/130.7.11-130.7.14>): “Polire faciem purpurisso, et cerussa ora depingere; ornare crinem, et alienis capillis turritum verticem struere.”

<sup>259</sup>Italian arum, in Italian “gigaro chiaro” (*Arum italicum* Miller), Family Araceae. It is a herbaceous, perennial plant native to the Mediterranean region, growing 30 to 46 cm in height (12–18 in). Its tuberous rhizome is particularly rich in starch, which in Trassilico was once used as a substitute for the common wheat starch. On this topic, see Gastaldo 1987, 469–470; <http://www.missouribotanicalgarden.org/PlantFinder/PlantFinderDetails.aspx?kempercode=y760>.

<sup>ux</sup>foeminasque *comptas magis, quam sumptuosas, lepidulas, atque blandidulas*, Veneres

<sup>uy</sup>ac maiestate lenitate

<sup>uz</sup>**Margin note (left):** D. Hyeron. Epist.

<sup>va</sup>*expoliunt*

<sup>vb</sup>munera *sudata* dispensat

<sup>vc</sup>amiculis, *collipendulis* ad

<sup>vd</sup>rodentia *liquet*, qua

<sup>ve</sup>**In the manuscript, the order of the words “roburque” and “rodendi” has been inverted by marking them with numbers.**

<sup>vf</sup>fines, *quas quos*

<sup>vg</sup>*Areostus tuus*, ita

*che passa verso il mar va su lo scoglio.*<sup>260</sup>

A Brixiensibus metallurgis primo mapalia, humilesque constructas casas asserunt incolae, cuius non 41] ultimum argumentum est, multa adhuc brixiensia exaudiri vocabula, quae inobservantes villici Tusca lepiditate commiscent.<sup>261</sup> Parte laeva *Petrosanae* Torrentis,<sup>262</sup> qui ab occidente in orientem fluit, sitae sunt domunculae in scrueis stratorum montis radicibus, e quibus asperrimae rupium moles extolluntur, colore, scabritie, sterilitate saxis ingentibus horridae.<sup>263</sup> Inflexis etiam crustis modo lunantur in arcum, modo elatis tumulis fastigiatae extolluntur, varieque lasciviente natura in rectum, in obliquum, in ambitum quasi novi montes per montium dora resurgent. Non<sup>vh</sup> longe distant *minerae ferri*, atque *vitrioli*, quas summa cum animi voluptate, praeeunte sagacissimo<sup>vi</sup> quodam viro, lustravimus. Complevit dulce mentis, et oculorum oblectamentum inexpectata urbanitas<sup>vj</sup> iuvenis, qui diversoriolum,<sup>vk</sup> ubi morabar, ingressus, voce, vultuque certa laetitiae signa prodens me fidis, sanctisque amplexibus implicuit. Obstupui facilem<sup>vl</sup> in aspero solo humanitatem, ubi cautes inter, atque speluncas tanta comitas, tam eximia indoles lateret,<sup>vm</sup> cum mihi quaerenti,<sup>vn</sup> se quoque advenam, se *Dominicum de Corradis Austriae*,<sup>264</sup> mineris,<sup>vo</sup> nescio quo fato praeposatum,<sup>vp</sup> candide aperuit. Me sibi non ignotum incogitato fortunae favore suaे mensae socium, non in sylvatico diversorio quandoque 42] exteris infido, pernoctantem velle. Ut nomen mihi pariter perspectum audivi, cum in hospitio inclementi inter orci familiam vel me quasi in ergastulo sepultum viderem, fidelia tecta, benignumque hospitis<sup>vq</sup> officium non renuens fractas senticoso vires itinere, securi<sup>vr</sup> tessera hospitii, et amoenissimis recreavi<sup>vs</sup> colloquiis. Quanta enim in iuvenili

<sup>260</sup> Ariosto 1548, 9r. English translation: Ariosto 1996.

<sup>261</sup> In the second half of the XV century, the Duke Ercole I d'Este (1431–1505) promoted the exploitation of the iron deposits in Fornovolasco. To this purpose, he availed himself of expert miners from the Lombard city of Brescia. See Luzzini 2013a, 100n.

<sup>262</sup> Turrite di Gallicano, also known as the Petrosciana Torrent: a western tributary of the Serchio. The two streams merge in Gallicano.

<sup>263</sup> The area of the iron mines in Fornovolasco has an extremely complex geological history. In particular, the mines are hosted in a Paleozoic outcrop whose quartz-muscovite phyllites ( $\text{SiO}_2$ ;  $\text{KAl}_2(\text{Si}_3\text{Al})\text{O}_{10}(\text{OH}, \text{F})_2$ ) date back to the late Cambrian and Ordovician periods (540–440 Ma), while the origin of the rich pyrite veins in this zone is related to evaporitic processes typical of coastal lagoons. Cartographic source: *Carta geologica del Parco delle Alpi Apuane, Tavola 1* n.d. On this topic, see Biagioni 2009; Bonini and Biagioni 2007; Luzzini 2013a, 100, note 108; <http://www.vallisneri.it/osservazioni-ferro.shtml>.

<sup>264</sup> Domenico de' Corradi d'Austria (1677–1756), chief superintendent of artillery on behalf of the Duke and a very expert miner. His practical knowledge played a key role in the success of Vallisneri's investigations in Garfagnana, as Corradi provided him with advice, direct assistance, helpers and equipment for his explorations. See Luzzini 2008, 351, 355; 2010, 97, 102, 104, 107; 2011a, 107–108; 2013a, 100–101, 124–129; 2014a, 214. On the fruitful editorial collaboration between Vallisneri and Corradi, see Luzzini 2012, 51; 2013a, 101; 2017, 134, 136.

<sup>vh</sup>resurgent. *Nil crudius magna parens fabbricare potuit, atque innocentius.* Non

<sup>vi</sup>praeeunte humanissimo sagacissimo

<sup>vj</sup>inexpectata generosa urbanitas

<sup>vk</sup>urbanitas illis nobilissimis iuvenis, qui *in* diversoriolum

urbanitas illis *per honestissimi* iuvenis, qui *in* diversoriolum

<sup>vl</sup>Obstupui munificam, facilemque

<sup>vm</sup>indoles, et venustissima forma lateret

<sup>vn</sup>mihi prono pariter interrogante quaerenti

<sup>vo</sup>Austriæ, se mineris

<sup>vp</sup>praeesse

<sup>vq</sup>benignumque tam illustris hospitis

<sup>vr</sup>itinere, tutis dapibus, securi

<sup>vs</sup>recreavimus

pectore rerum naturae exacta cognitio, quanta arcanorum ubertas, quam incomparabilis eruditio? Dulcissima noctis quies fere tota fuit nulla quies, admirandam minerarum fabricam, inaccessam fontium, ac thermarum originem, tam grande remediorum ac divitiarum patrimonium, quod Summus Protoplastes<sup>265</sup> vulgo medicorum ignotum specubus in illis condiderat, fere percurrimus. Non semper, dicebamus, natura pingit in amoeno virore sub dio remedia, visuque ipso aegrotantes ad sanitatem alliciens delicias auxiliis immiscet.<sup>vI</sup> Condit et aliquando in cavernis tactu truci, fumosa<sup>vII</sup> facie, sapore ingrato teterrimis, quod iuvet, ac sub amaro aspectu salutem<sup>vV</sup> occulit. Pandam tibi lubens alibi exactam horum omnium descriptionem, quae liberiori stylo, vacuoque magis tempori reservo. Me iuvat interim, amice suavissime, te magna non parvi laboris solatia non deridere. Et in istis licet exiguis observatiunculis non exiguum latere naturae partem cognosces. Nulla sane fuit ante faelicissimum 43] nostrum<sup>vW</sup> aevum sciendi genuinam, nulloque auditicularum fuco maculatam huius historiam cupidio maior, sed multis intra urbium carceres clausis nulla cura minor. Sufficiat paucula haec festinanter quidem, sed sincere notata veluti pugillaribus, et palypmesto libasse, cum iam gymnasticae campanae sonitum audiām, meque crastina die, rursus ad publicos labores vocet Patavini pensum<sup>vX</sup> Lycei.<sup>266</sup> Praetereundum tamen non censeo, quae de fontibus et in illis cryptis, ut superius innuebam, iugis aquis scatentibus<sup>vY</sup> observavi, cum horum origo nunc praecipue tuum calatum adhuc<sup>vZ</sup> exerceat, meamque curiositatem<sup>wA</sup> rursus titillet.

Et in illis perpetuae fodinis aquae. An vero, et *centrales* adsint, an *verticales* solum, an ultraeque coeant in unum, ignoro. *Verticales*, nempe *caelestes*, ex quibus praecipuum alimentum, ut suspicor, lactis adinstar minerarum germina sugunt, per amplas, hiantesque superiores rimas, ac scissa stratorum tecta sensim<sup>wB</sup> gementes, ubi praecipuus venae ferreae truncus luxuriat, videbam. An aliud, pinguiusque ab infernis marinis subterfluentibus pabulum, ut in *tuo nobilissimo libro* decernis,<sup>267</sup> et ut mihi nuper *Ill. mus Comes Aloysius Marsilius* nobilitate, virtute, morum splendore spectatissimus<sup>wC</sup> per literas communicavit,<sup>268</sup> dubius haereo. A supernis enim depluentibus, nitro,<sup>269</sup> salibus variis, terrae

<sup>265</sup>God.

<sup>266</sup>The University of Padua.

<sup>267</sup>Fabra (dalla) 1700. In this treatise, Luigi dalla Fabra, who already studied the therapeutic properties of the renowned white, aluminium- and silica-rich clay of Nocera Umbra (now in the Province of Perugia), focused on a strange “tartareous substance” found in a fountain of that city. Once put in boiling water, he noticed the formation of “silvery, shining bubbles,” and the following precipitation of an “extremely white and solid matter” (arguably, silica and/or aluminium salts) on the bottom of the bronze vases where the experiments were performed (“aheneorum lateribus, et fundo sensim adhaerens concrevit, ut in materiam albam, densam, nonnihil ponderosam, nec de facili friabilem, asperioremque, et crystallinam, gustui aliquantulum subacidiusculam, dentes nonnihil exasperantem, et in aqua indissolubilem, indurescat”). On this topic, see Vallisneri 1717a.

<sup>268</sup>Unfortunately, the letters Vallisneri refers to are missing.

<sup>269</sup>Arguably, potassium nitrate ( $\text{KNO}_3$ ).

<sup>vI</sup>auxiliis, *auxilia deliciis* immiscet

<sup>vII</sup>In the text: fumusa

<sup>vV</sup>aspectu *sanitatis mella recondit* salutem

<sup>vW</sup>felicissimum *hoc aevo nostro nostrum*

<sup>vX</sup>Patavini *munus amabile* pensum

<sup>vY</sup>scatendibus

<sup>vZ</sup>calatum *meamque mentem* adhuc

<sup>wA</sup>meamque *mentem* curiositatem

<sup>wB</sup>pensim

<sup>wC</sup>splendore, (*quicquid caeco impetu ferox, et nimium famae gravis latet invidia*) spectatissimus

uligine<sup>wd</sup> impraegnatis, solaribus radiis excoctis, et 44] *luminoso illo*, quod totum Orbem animat, imbutis, ebibere nutrimentum subdubito. Analogiam habemus in plantarum seminibus. Tabescunt, si<sup>we</sup> solis aquis subterraneis crudo quodam, ac aspero imbutis ingenio irroratae, caelestibus careant. Observavit, te etiam notante, sagax Boyleus,<sup>wf</sup> *metallicam mineram effossam, ac e mineralibus cibratam, et tamquam inutilem aeri expositam post multos annos perfecte eiusdem generis, ponderis, et consistentiae nova reproduxisse mineralia, ac si in totali minerali terra matrice fuissent genita.*<sup>270</sup> Cur igitur dubie expiscamur a<sup>wg</sup> mari, quod evidenter cernimus in aere? Cur occultum in baratro penu quaerimus, si certum in aprico promocondum habemus? Potuerunt exsucca, et effoeta semina reflorescere rursus in aere, non in aequore poterunt. Condit illud sui generis salia, non omnia, condit hic omnia, non sui tantum generis. Ex utriusque enchyrisi,<sup>271wh</sup> et effectu nudum clarescit experimentum. Adde, vir clarissime, quod si aquae mineras perluentes, atque foventes sunt<sup>wi</sup> tanta salis marini copia graves, cur degustatae salsum maris amaro rem non sapiunt? Cur huius cubica ramenta qualibet in fodina saltem aliis permista<sup>wj</sup> non eruuntur? Cur ut plurimum aut insipidae, aut vitrioli naturam redolent? Crassam a rudi mea mente rubiginem derge, nigroque tabo squallentia viarum secreta rursus perlustra. Sed iterum<sup>wk</sup> ad 45] fontes.

Plurimi e rigidis horum montium<sup>wl</sup> finibus emergunt, et uti dicebamus, ubiores, quam ex vastioribus Divi Alpibus Pellegrini. Inter alios celeberrimus est, qui in *Antro ululante* (vulgo *la Grotta che urla*)<sup>272</sup> gemit, ibique rursus reconditur. Meridiem versus hoc antrum paulo supra *Furnum Volastrum* hiat, plurimo tartaro scabrum, tenebrosum, et incondito murmure strepentium undarum terrificum. Os eiusdem terra multa flaviuscula, sabuloque sordescens, quae ab interno plus quam rivulo quando tumente, ac turbido eructantur. Quando<sup>wm</sup> etenim flante austro, vel aere praeter solitum calente liquecentibus supremi verticis nivibus gliscit,<sup>wn</sup> et exorbitat, cum totus a caecis canalibus in antri latere excavatis absorberi<sup>wo</sup> non possit, reverberatus in se recurrens primo in viciniores oras, deinde quacumque parte mox potest inconcessus egurgitat. Ita e specus ostio violenter

<sup>270</sup>This adapted, recapitulatory quote refers to Boyle 1676, Latin edition of Boyle 1674. Boyle's corpuscularianism strongly influenced Vallisneri's early thought about mineral genesis and growth. On Boyle's theory, see Anstey 2002; Clericuzio 1990; Hirai and Yoshimoto 2005; Luzzini 2011a, 109–110; 2013a, 134–135; Pighetti 1988; Yoshimoto 1992. For a study on Boyle's alchemical interests, see Principe 1998. On the early modern debate about the existence of biological features in minerals and rocks, see Hirai 2005; Norris 2009; Oldroyd 1974.

<sup>271</sup>See note 19.

<sup>272</sup>Tana che urla ("Screaming Cave") of Fornovolasco, one of the most interesting and renowned karst caves in Garfagnana. An experimental replication of Vallisneri's exploration was performed in 2006. On this topic, see Luzzini 2008; 2010, 104–114; 2013a, 100–101, 124–129; 2014a, 214; <http://www.vallisneri.it/osservazioni-tana.shtml>.

<sup>wd</sup>uliginae

<sup>we</sup>Tabescunt *subito*, si

<sup>wf</sup>**Margin note (left):** De Gen. Met.

<sup>wg</sup>Cur *cubo pede* igitur dubie *eam pede* expiscamur *ex a*

<sup>wh</sup>utriusque *analysi* enchyrisi

<sup>wi</sup>foventes *essent* sunt

<sup>wj</sup>permiscua

<sup>wk</sup>Sed *rursus* iterum

<sup>wl</sup>horum *Alpium* montium

<sup>wm</sup>eructantur. *Cum* Quando

<sup>wn</sup>nivibus *turret* gliscit

<sup>wo</sup>abserberi

erumpens, ibi in fine dum detumescit, ac lentescentes undas revocat,<sup>wp</sup> montanas sordes, et recrementa deponit. Hinc ob humile laqueare nisi curvus advena, et persaepe dorso ipso lutulentus intrat. Emensis viginti circiter pedibus laxatur in latus, altumque spelunca, apparentque multiformia naturae ludentis e lapidoso succo ludibria, qui varias plasmando figuras arte licet nulla laboratas suo artem aequat<sup>wq</sup> ingenio, materia superat.<sup>273wr</sup> Nullibi aptius arcuatum Regii horti<sup>ws</sup> spelaeum e lacunari inversis hinc inde pyramidulis, vivo **46]** pumice,<sup>wt</sup> durisque tophis decussata testudine inflexis elegans simulavit<sup>wu</sup> in obscuro natura. Tunc aquas tristi<sup>wv</sup> susurro furtive per obliqua cadentes exaudiebamus,<sup>ww</sup> quas tandem profundus hiatus in vicinam *Petrosanam* occulto itinere derivans intortis devorabat vorticibus. Neque hic itineris meta. Supra humeros baiuli rumigerulum translati<sup>wx</sup>  
<sup>wy</sup> torrentem, multisque scabris superatis callibus ad amplam, convexamque cameram devenimus, in qua complures velut encarpi, mille tartareae concretiones, indurata mille ferrumina, columnas, spiras, animalia, ramos aemulantia miris intexta modis conspiciebantur.<sup>274</sup> Hic origo rivuli<sup>wz</sup> ab alto fluentis, veluti ab epistyllo, qui partim tardo coalitu saxis antiquis nova saxa lapidescentibus undis adglutinabat, partim spumoso<sup>xa</sup> cursu in praeceps per descriptum alveum prolabebat. Non dispari sane modo, ac e supercilio rupis cadentes aquas saeva hyems aquilonibusasperat, aliis adhuc nativa fluxibilitate ruentibus.

Unde perennis aquarum fluxus modo limpidus, et modicus, modo sordidus, et tumens quaeris? A vicino mari exantlatas autumant coloni, cum flante austro, furenteque pelago furant, quiescente quiescant. Sed nos aliter suprema montis rimati, revocatisque ad trutinam crescentibus, et decrescentibus undis disserebamus.<sup>xb</sup> Inter strata negligenter cohaerentia, et inflexo latere **47]** curvata deorsum aquae, nivesque solutae percolantur absorptae prius a variis fauibus cautes inter, et bibulas glareas dehiscentibus. Per sulcos inde, ac quasi euripos serpunt secreto tramite ad antrosum fontem continuo scatentem, quia in quibusdam barathris radiis solaribus imperviis rupes a rupibus, montem a monte dividentibus fere perpetuo glacies, ac nives integrae morantur, quae non primis caloribus, cum sol vehementior inter extrema veris nives emollit, cedunt. Lente, ac molliter tabescunt, velutique filtratae per longa temporis spatia descendunt illimes, atque crystallinae. Si vero calidis efflantibus ventis, sicuti cera ad luculentum ignem, ita in liquorem statim

<sup>273</sup>The deposition of calcite ( $\text{CaCO}_3$ ), the dominant mineral in karst environments, is controlled by the reversible chemical reaction  $2 \text{HCO}_3^- + \text{Ca}^{2+} \rightleftharpoons \text{CaCO}_3 + \text{CO}_2 + \text{H}_2\text{O}$ . Consequently, the dissolution or precipitation of calcium carbonate is strictly influenced by changes in the chemical equilibrium of this reaction, which depends on the amount of carbon dioxide ( $\text{CO}_2$ ) in the water (the lesser the amount of  $\text{CO}_2$ , the more  $\text{CaCO}_3$  is deposited). In turn, the solubility of  $\text{CO}_2$  in fresh water increases with increasing pressure and decreasing temperature. On the karst caves in Fornovolasco, see Bonini and Piantini 2001; Speleoclub 1999.

<sup>274</sup>On the wide array of speleological formations that can be observed in the Tana che urla, see Luzzini 2008; 2010, 104–114; 2013a, 124–129, Tabs. XIX–XXI; <http://www.vallisneri.it/osservazioni-tana.shtml>.

<sup>wp</sup>In the manuscript, the order of the words “revocat” and “undas” has been inverted by marking them with numbers.

<sup>wq</sup>aequant

<sup>wr</sup>superant

<sup>ws</sup>hortus

<sup>wt</sup>Margin note (left): Nimis implicata <...>i periodus

<sup>wu</sup>elegans tacita simulavit

<sup>wv</sup>aquas non ingrato tristi

<sup>wv</sup>per cadentes obliqua cadentes cadentes exhudiebamus

<sup>wx</sup>Margin note (left): Vel transvecti

<sup>wy</sup>rumigerulum tranati translati

<sup>wz</sup>origo torrentis rivuli

<sup>xa</sup>adglutinabat undis, partim spummoso

<sup>xb</sup>desserebamus

extenuatae per subterraneas catharactas ruunt potius, quam fluunt, secumque terras, arenasque transportant.<sup>xc</sup> Hinc praedictus fons modo limpidus, et aquarum pauper, modo lutosus, et aquarum dives. In cisternis etiam, occultisque<sup>xd</sup> lacunis forsan recollectae vel per laxa aggerum spiracula sensim<sup>xe</sup> cibrantur, velutique ad lancem, ac per iustas morulas in fontis pelvim cadunt,<sup>xf</sup> aut si enormiter turgeant, superatis aggeribus liberiore gurgite devolvuntur. A me assensum<sup>xg</sup> impetrare non potui, quod a propinquo pelago ortum, et incrementum trahant, quoniam<sup>xh</sup> si *venae*, et *venulae*, ut cum Agricola loquar,<sup>xi</sup> si *canales*, et *canaliculi*<sup>275</sup> adeo patent, ut arenam, lapillosoque admittant, cur salia, conchulas, 48] pisciculos, marinas quisquilias non excipiunt? At, regeris, amice doctissime, tolluntur in altum vapores, et a saxorum frigore densati in guttas roridas transeunt. Si quandoque turbantur aquae, non ex mari, sed ex superadvenientibus montis rivulis<sup>xj</sup> una immistis turbantur. Ita communis Italorum opinio. Sed vastissimos hos alembicos neque concipio, neque montium structura, stratisque, veluti assulatim, superimpositis elaborata patitur. Sed<sup>xk</sup> dato etiam, quod una, aut altera caverna stratorum ilia, ut ita dicas, discerpatur, et antrosas cavitates efformet, concreti<sup>xl</sup> in guttas aqueas vapores rursus in ima vel perpendiculariter, vel perpendiculariter defluent, ut in obviis specubus, humidisque fornicibus continuo observamus, non circum alembici interna recurva labra<sup>xm</sup> recollectae in unum coibunt laterale foramen, ut exeant. Quis enim unquam ivit in viscera terrae, et laboratoria chimica adeo exacte perfecta vidit? Fingimus saepe, quae nostro sistemati, non quae rerum naturae congruunt. Casu, non polidedalae<sup>xn</sup> matris instituto excavantur antra, quae si secreta cum mari commercia teneant, quod etiam gratis dicitur, fractis scilicet, usque ad ultimas montium radices saxorum fibris, et ordinibus, vapores marini per obscura spatia ascendentes rursus in mare substratum probabilius ruent, quam per imaginarias fistulas, aut cogitatas subgrundas,<sup>xo</sup> tam affabre circum haerentia, delabentur in latus. Adde, quod aqua maris, uti nemo nescit, per alembicos distillata secum volatiles salium moleculas perpetuo rapit, ex quarum continuo potu sanguis cum urina cietur,<sup>276</sup> ut plurimo patuit experimento, qua labe praedicti montani fontes certo certius carent. Dulcissimae namque sunt, potuque

<sup>275</sup> Agricola (Bauer) 1546. The terms “venae,” “venulae,” “canales,” and “canaliculi” can be ubiquitously found in Agricola’s treatise. However, it is worth mentioning here a significant passage from the third book of the *De natura eorum quae effluunt ex terra* (Agricola (Bauer) 1546, 127), that clearly shows Agricola’s opinion about the origin of fresh water: “[...] canales aquarum, quae fluunt aut propria earum vis efficit. Etenim fontanarum vis excavavit venas, suas charadras torrentium, rivorum et fluminum suos alveos: per paucis exceptis, quos homines foderunt. Aut hominum manus eos canales effecit: sicuti fistulas, tubos, fossas aquae ductuum. Igitur aquae quae fluunt, omnes sunt aut fontanae, aut pluviae, aut nivales.”

<sup>276</sup> Drinking sea water (or not adequately desalinated water) causes many dangerous and potentially lethal effects, including dehydration, the ingestion of harmful bacteria, and kidney damage. This may lead to urinating blood (hematuria), as Vallisneri probably observed in one or more of his patients.

<sup>xc</sup>In the text: transpostant

<sup>xd</sup>etiam, *subterraneisque* occultisque

<sup>xe</sup>spiracula reconditer sensim

<sup>xf</sup>pelvim descendunt cadunt

<sup>xg</sup>ascensum

<sup>xh</sup>trahant, *sic* quoniam

<sup>xi</sup>loquor

<sup>xj</sup>montis *occultis* rivulis

<sup>xk</sup>From this point on, text at p. 49 continues on an additional paper (XXIII). This is unnumbered, and is written only on the recto.

<sup>xl</sup>concrete

<sup>xm</sup>recurvae *funes* labra

<sup>xn</sup>non *naturae* polidedalae

<sup>xo</sup>In the text: cogitata subgrundia

in longum aevum colonis omnibus saluberrimae. At alibi particulari epistola **XXIII.r**<sup>xp</sup> **XXIII.v**<sup>xq</sup> quid de his sentiam fusius enucleabo.<sup>277</sup> *Equidem, dicam cum Platone in Protagora, arbitror nos invicem non nihil debere concedere, et de iis, quae dictentur; ambigere quidem simul, contendere vero nunquam. Ambigunt porro propter benevolentiam cum amicis amici, contendunt vero adversarii, et hostes.*<sup>278</sup> Patere igitur interim sine temeritatis nota, quod asseram nostrarum Alpium fontes, rivos, flumina, quae ad subiectum praecipue Padum suum tributum devehunt, omnes, et omnia pluviis, nivibusque liquatis deberi. Quid de Dannubio, de Rheno, de Rhodano, aliisque regiis fluminibus sentiam, ignoro. Obstupescimus sane magna nomina, et de origine grandia opinamur, quoniam eorundem initia non novimus. Si vastissimos montes, immensas regiones, solitudines maximas aeternis fere nivium<sup>xr</sup> glomis, et duratura in perpetuum bruma rigentes oculis ipsis perlustraremus, cederet<sup>xs</sup> forsitan **49]** in risum stupor, nec montes mari, nec maria montibus immisceremus.

*Nullum ver usquam, nullique aestatis honores,  
sola iugis habitat diris, sedesque tuetur  
perpetuas deformis hyems.*<sup>279xt</sup>

Tantum enim illi nostras Alpes in omnibus superant, quantum

*Delphino<sup>xu</sup> balena Britannica maior.*<sup>280</sup>

Assuetus nostris aestivis ardoribus<sup>xv</sup> animus, multis aridissimis mensibus involutus praeconcepta nescit deradere, dubitans repugnare experimento, quod vix concipere potest. Facilis est mendacio<sup>xw</sup> locus, quando ignota sunt extrema. Ut plurimum, quae longo regionum tractu dissita confusa quadam imagine arrectas trahebant mentes, visa, aut contrectata fatiscunt. Parva interim de parvis, sed oculo teste, diximus, tu faelicio magna de magnis. *Multo mihi maius benefitium conferes* (dicam cum Euthydemō, vel litigioso in Platone), *si inscitia liberaveris<sup>xx</sup> animum, quam si aegritudine corpus. Mirificum enim hoc habeo bonum, quod me servat, quoniam sine rubore verecundiae ad discendum me preparo.*<sup>281</sup> Non enim immortalitatem negotiaturus haec informi papyro

<sup>277</sup> Eventually, Vallisneri realized his purpose ten years later, in 1715, with the publication of the *Lezione Accademica intorno all'Origine delle Fontane*. Not by chance, in this treatise many disputations and reports (as, for example, the field research in the Apennines and the exploration of the iron mines and of the Tana che urla in Garfagnana) recall and develop the content of the *Primi itineris Specimen*. On this topic, see Luzzini 2008; 2010, 104–114; 2011a; 2013a, 90–160, Tabs. VII–XXVIII; 2014a.

<sup>278</sup> Plato/Πλάτων 2018c, 337, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0059.tlg022.perseus-grc1:337b>.

<sup>279</sup> Silius Italicus 2018, III, 487–489, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1345.phi001.perseus-lat1:3>.

<sup>280</sup> Juvenalis 2018, X, 14, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:latinLit:phi1276.phi001.perseus-lat1:4.10>.

<sup>281</sup> Actually, the quoted passages are not from Plato's *Euthydemus* (Plato/Πλάτων 2018a, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0059.tlg021.perseus-grc1:271a>), but from *Hippias minor* (Plato/Πλάτων 2018b, 372, <http://data.perseus.org/citations/urn:cts:greekLit:tlg0059.tlg026.perseus-grc1:372e>).

<sup>xp</sup> From this point on, text continues on p. 49.

<sup>xq</sup> This paper is the recycled scrap of a letter. Above in the verso is written: “Orazione del S.r Cataneo”

<sup>xr</sup>nives

<sup>xs</sup>caederet

<sup>xt</sup>Margin note (left): Silius Ital.

<sup>xu</sup>Delphinus

<sup>xv</sup>aestivis *intra urbes* ardoribus

<sup>xw</sup>mendacio

<sup>xx</sup>liberavis

levidensia scribo, sed<sup>xy</sup> ut a te veritatem detracto peplo percipiam, et ingenuis artibus vacem. Si conscientiae meae audivissem consilia, silere sane debuisse, sed sciendi cupiditas, non humana vetuit<sup>xz</sup> ambitio. Macte igitur animo, amicorum suavissime. Primitiae meorum 50] itinerum, laborisque novi crepundia, quae plus naturae, quam artis sapiunt, tui sudata calami momenta sentiant. A te, cuius ingenium naviter in his materiis detritum est, maiorem suae lucis partem expectant. Non sit haec ampullosa ingeniorum digladiatio, non amarulenta logomachia, quae nos transversos agat, quae ob aestum pugnae dulce foedus amicitiae discerpat. Has despuimus curas, nec subtristi cartas aspergimus absintio. Eviscerata terra, quae diu ante dissimulaverat, te auctore<sup>ya</sup> prodat, me solum, ut altius refodias amica asperitate adversante. Fabulis alii antiquis suas adnectant imaginatas fabellas, et dura ingenii conditione occupatissimas inanitates effutiant. Miramur studia, miseramur labores. Tu medullam erue, quae dulce sapiat, quae plene nutriat, quae tota pectori sano accedat.

Urbium, populorumque luctamina, licet nos plectant, licet in insontibus agris in existuum sui mitissimis furor adhuc transalpini ferri mandata fatorum peragat, dulcesque Patriae reliquias immistis cum atro cruento lacrymis foedatas rursus videam, dolorem nihilominus literulis concoquo, musasque ob Iani templum tot iam annos apertum<sup>yb</sup> polorantes<sup>282</sup> naturae miraculis ad dulcia agrestis calami solamina provoco. Quid interim alia narrare<sup>yc</sup> paret epistola, tanquam secundarios fructus, accipe. Nondum tamen omnes 51] recte maturuerunt, longioresque circuitus, novosque labores desiderant.

- 1° Herbas, ac plantas omnes mutinenses alpinas rizotomis expetendas.
- 2° Crystallos alias, crystalloides, lapides speculares, vel selenites, salia fossilia, lapides picturatos, sculptos, figuratos, medicos, calcarios, gypseos, pretiosos etc.
- 3° Strata montium lapidea, cretacea, glareosa, sabulosa, terrea etc., unde nata, quo flectantur, quo tendant, eorundem necessitas, usus, anatomes etc.
- 4° Antediluviana dicta, et postdiluviana corpora, quae in istis reperiuntur vel lapidefacta, vel intra lapides clausa, vel terrae solum visceribus involuta, vel sint conchae, serpentes, pisces, echini, limaces, ostreae, pectines, tubuli, animalium ossa, ligna, fructus etc.
- 5° Montium exteriorum crustam, terrarum omnium indolem,<sup>yd</sup> saxorum, fluorum, tartarearum marmorum<sup>ye</sup> concretionum enucleationem.<sup>yf</sup> Hyaspides<sup>283yg</sup> enim in ultimis Alpibus videbam<sup>yh</sup> orientalibus aemulos.

<sup>282</sup>Ianus (or Janus) was one of the oldest and most important deities in ancient Rome and among the early Italic peoples. It was the god of beginning and transitions. Because of this symbolism, his effigy (typically consisting of two faces, looking both to the future and the past) frequently appeared on gates and passages. The doors of the main Temple of Janus in Rome were kept open in time of war, and closed in time of peace. With this image, Vallisneri is referring to the War of the Spanish Succession, which in 1705 was raging in Italy and Europe. On the cult of Janus, see Burchett 1918; Gasperoni Panella and Cittadini Fulvi 2008.

<sup>283</sup>Jasper ( $\text{SiO}_2$ ): a microcrystalline, opaque variety of chalcedony. It can occur in different colors, depending

<sup>xy</sup>scribo, ut sed

<sup>xz</sup>vetavit

<sup>ya</sup>In the text: autore

<sup>yb</sup>annos <...>l<...>s<...> apertum

<sup>yc</sup>alia excipiet, vel excipere deberet narrare

<sup>yd</sup>indoles

<sup>ye</sup>In the manuscript, the order of the words “marmorum” and “tartarearum” has been inverted by marking them with numbers.

<sup>yf</sup>In the text: enucleatione

<sup>yg</sup>enucleatio. diaspr<ulos> Hyaspides

<sup>yh</sup>videbatur

- 6° Cuius libet montis usque ad mare Tyrenum ingenium particulare, pascua, usum<sup>yi</sup> etc.
- 7° Insecta quae roriora scopolis in illis herbis, plantisve nidificant.
- 8° Quae volatilia, quinam<sup>yj</sup> quadrupedes, quinam<sup>yk</sup> in rivulis, fontibus, torrentibus etc. Pisces etc.
- 9° Qui fructus, quae grana, qualis omnibus nostris monticolis<sup>yl</sup> cibus, et potus. 52]
- 10° Qui mores, artes, domus, morbi, tormenta, deliciae.
- 11° Quodnam aeris pondus ad lancem barometricam ductum, quae temperies quaesita<sup>ym</sup> thermometro.
- 12° Quae montium altitudo, rimae, lapsus, decrementum etc.
- 13° Aliorum fontium, fluminum, torrentium, thermarum, minerarum etc. exactior descriptio.
- 14° De lacte, et operibus lactariis, prout praeparantur in Alpibus nostris.
- 15° Minerarum omnium attenta, et exacta descriptio.<sup>284</sup>

Haec sunt, quae humeris tanta ferre forsan recusantibus imponere auderem, sed

*maxima parvo  
tempore molimur.*<sup>285</sup>

*Alia interim loqui* (dicam cum Petrarca, Praefat. Tom. 2) *censorum praemordacium etiam iubet metus, qui nihil scribentes, quod iudicari queat, de aliorum iudicant ingenii; impudentissima temeritas, quae solo silentio tuta est. Complosionis in littore manibus sedenti facile est ferre, quam velit de gubernatoris arte sententiam.*<sup>286</sup> Sed<sup>yn</sup> te video prolixa 53] nimis fatigatum epistola. Scias tamen velim, quod telam hanc soloci licet filo, ac diversicoloribus liciis contextam cupide, et quasi de industria protraxerim, quoniam vultum tuum, licet per tot terras dissitum praesentem fecit. Caeterum, si stabilis sedes, et frustra semper quaesitum otium contigerit, uti supralaudatus autor de se ipso scribebat, nobiliorem forsan, et certe uniformem tuo nomini meditor ordiri. Vale mei memor, teque sospitet<sup>yo</sup> Deus.

In Musaeo meo Patavino<sup>yp</sup> kal. Ianuarii 1705

---

on the impurities in it. Red jasper, whose color is due to iron inclusions, can be commonly found in the Apuan Alps. On this topic, see De Stefani 1889, 330–333.

<sup>284</sup>In the next two decades, Vallisneri refined and enriched this list, in his effort to define the ideal goals and procedures of a *philosophical* field research. In the *Continuazione dell'Estratto* of 1726, the “Indice di osservazioni” (“Index of observations”) listed up to 26 points (Vallisneri 1726, 404–417). On this topic, see Luzzini 2013a, 104–106; 2014a, 215–217.

<sup>285</sup>Seneca 2018, III, 1, <http://www.thelatinlibrary.com/sen/sen.qn3.shtml>.

<sup>286</sup>Petrarca 1581, *Epistolarium de Rebus familiaribus Lib. VIII*, Praefatio, 569. On the identification of this source, see Vallisneri 1726, 421.

<sup>yi</sup>usus

<sup>yj</sup>quisnam

<sup>yk</sup>quisnam

<sup>yl</sup>monticulus

<sup>ym</sup>temperies rimata quaesita

<sup>yn</sup>sententiam. *Me pudet eos in hoc musarum regno, in hoc bonarum artium emporio delicata tristitia liquecentes, liventique tabo marcidos videre. Pudet edentulam eorum cernere potentiam, segnitiem claram, operosam ineptiam, labores irritos. Sed*

<sup>yo</sup>teque sartum tectum sospitet

<sup>yp</sup>meo Patavino Patavino

Devictissimus, et Addictissimus Famulus  
Antonius Vallisnerius de Nobilibus de Vallisneria  
Publicus Medicinae Practicae Professor in Loco, et  
Regiae Societatis Anglicanae Sodalis. Etc. **54]**